This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

1. Gallandi Inquisitio, an Dionysius ex Marcus Arbor in vino fuerit
Verbalerklärung wie weiten Festtagen u. Verrichtungen eine
ältesten u. neuesten Zeiten vorgenommen (v. M. G. A. Schaffer in
gesetzt). Forchheim. 1797. H.
2. J. J. Rabe Calendarium Festorum diversimode mobilium atque im
lium in usum Chronologiae et rei diplomaticae ita adornatum, ut
Data quilibet mensium dies veterum more notati sine more cu
nostro computandi modo componi possint, praemissa praef. nem
ejus docente. Onolzbini 1735. 4.
3. Pilgram Calendarium Chronologicum medii potissimum Aevi ac
monumentis accommodatum. Vindob. 1781. 4.
4. Clavis Calendaria. by John Brady. Ed. II. Lond. 1812. 2 Voll. gr. 8.
5. Medii aevi Calendarium or Dates, charters and customs of the middle
ages, with Calendars from the x to the xv century. by R. T. Hampson.
Lond. 1841. 2 Vol. gr. 8.
6. Dr. Ed. Brinckmeier Kurzgefaßte Sammlung der Lehre. Chronologia alter
Zeiten u. Völker, in Sonderheit des Mittelalters. Leipz. 1843. gr. 8
7. Art de vérifier les Dates. Tom. I [illegible] Edition. Nouveau? de Dom Clément
Clémencet v. Viton de S. Allais [illegible]. Paris 1819. 20. Tom. II
—18 Tom. 1819. 20. Suite. Tom. III (seit 1770. in 16 Tom. neue
de Courcelle u. Jan. Manuel de Fortia d'Urban. 1821–38.
8 Coremans, L'Année ou l'ancienne Belgique. Bruxelles. 1844. gr. 8.

CE
61
.G3
H2

CHRISTIANI GOTTLOB
HALTAVSII, LIPS.

CALENDARIVM
MEDII ÆVI

PRÆCIPVE

GERMANICVM

IN QVO
OBSCVRIORA MENSIVM, DIERVM, FESTORVM AC TEMPORVM NOMINA EX ANTIQVIS MONVMENTIS TAM EDITIS QVAM MSCTIS ERVVNTVR ATQVE ILLVSTRANTVR, MVLTI ETIAM ERRORES MODESTE CORRIGVNTVR,

IN VSVM
HISTORIÆ AC REI DIPLOMATICÆ.

ACCEDVNT INDICES AVCTORVM ET RERVM COPIOSI.

LIPSIÆ,
IMPENSIS IAC. SCHVSTERI.
ANNO MDCCXXIX.

V.G.
55.



Reference St.
Bladewell
7-18-25
17552

VIRO

ILLVSTRI, MAGNIFICO,
EXCELLENTISSIMO,

D. IACOBO BORNIO,

IVRIS CONSVLTO,

POTENTISSIMI POLONIARVM
REGIS ATQVE ELECTORIS
SAXONIAE IN SVMMO IVDICIO
PROVOCATIONVM CONSILIARIO,
SVPREMAE CVRIAE PROVINCIA-
LIS ET SCABINATVS ASSESSORI,
REIP. LIPSIENSIS CONSVLI, TEM-
PLI AC SCHOLAE NICOLAI-
TANAE ANTISTITI
ETC.

DOMINO SVO ET PA-
TRONO

HVMILLIMA PIETATE VENERANDO,

FASCES CONSVLARES
GRATVLATVR

SIMVLQVE

HOS QVALESCVNQVE STVDII
ACADEMICI FRVCTVS
ATQVE PRIMITIAS
DEMISSA MENTIS RELIGIONE
OFFERT, DEDICAT

DEVINCTISSIMVS HVMILLI-
MVSQVE CLIENS

CHRISTIAN. GOTTLOB HALTAVS
Lipſ.

VIR
ILLVSTRIS MAGNIFICE
EXCELLENTISSIME,

QVoties TVA in me merita recordor (frequens autem & quotidiana mihi de iis cogitatio eſt) eorum exulto facilitate, multitudine erubeſco, ſtupeo magnitudine. Ipſa initia

benevolentiæ TVÆ *quantum habuerunt voluptatis? TV Muſis meis, cum adhuc in lacte quaſi & cunis & in infantia eſſent, tam prolixe ſtatim favere coepiſti, ut* NVTRITOREM BENIGNISSIMVM *jam tum ipſæ ſuſpicerent, alii mirarentur. Inde pueritia* TVAM, PATRONE INDVLGENTISSIME, *non parum cum annis ſenſit creſcere liberalitatem. Et quid loquar de illarum adoleſcentia? Tum vero eas a domeſtica inopia velut languentes recreaſti, in Academia laute habuiſti, donis & ſubſidiis ornaſti. Rarum hoc tantoque laudabilius liberalitatis genus. Alii ultima demum voluntate ac morte ſua Muſis benefaciunt, quod probandum; ſed inter vivos præclare de iis mereri, hoc vero celebrandum atque extollendum, imo Principum & Magnatum eſt. Scilicet literarum amor easque juvandi ſtudium ſatis* TE *jamdudum docuit, quam dulce quamque pulchrum ſit, præſumere animo manſuram gloriam, futuræ famæ audire præconia, ſuæque laudibus intereſſe poſteritatis. Ego autem mihi ac Muſis meis*

gra-

gratulor, illumque Patronum, cujus in me per tot annos tam miranda extitit munificentia, in oculis, ſinu, animo fero, nomenque ejus immortalitati jam pridem deſtinatum celebrare, quantum in me erit, allaborabo. Interea magnopere vellem, eam mihi contingere felicitatem, ut tanta beneficia, non dicam aſſequi & compenſare officiis, ſed dignis ſaltem verbis enumerare liceret, niſi alterum mea impediret tenuitas, alterum TVA modeſtia. Erubeſco ſane, me tamdiu in ære TVO eſſe, & aliis ſemper atque aliis cumulatum beneficiis, ne tantillum quidem reddere potuiſſe; & jam valde vereor, ne improbum atque immemorem debitorem agere, prioribusque deletis nova debita videar affectare. Ergo, quoniam quæ debeo, non poſſum reddere, reddo quam poſſum, otii mei vitæque Academicæ rationem, & leve hoc Specimen ILLVSTRI NOMINI TVO inſcribere ac dedicare ſuſtineo. Accipe, VIR MAGNIFICE, Opuſculum, in umbra quidem natum, ſed non in trivio conceptum, eo vultu, quo Autorem reſpicere conſveviſti! Habe illud gratiſſimi animi

pignus, TVORVMque in me meritorum teſtimonium, & excelſæ dignitatis, quam nunc auſpicaris, non inauſpicatum monumentum! Illuxit dies, quo TE novum Conſulem, faſcibus inſignem, TVISque propriis ac BORNIANÆ GENTIS virtutibus ac meritis illuſtrem, civitas gratulabunda ſalutat ac veneratur. Civium acclamationibus meas jungo, publicisque votis privatam miſceo pietatem. DEVS OPT. MAXIM. fortunet, VIR MAGNIFICE, auſpicia muneris TVI graviſſimi, dirigat conſilia, eaque initio læta, ſucceſſu proſpera, eventu ſalutaria reipubl. eſſe jubeat! Macte tanta felicitate ac domeſtica gloria, macte TVA TVORVMque proſperitate, macte etiam TVA in me munificentia, imo vero abſolve TVA beneficia iisque cumulum tandem addere dignare!

Scrib. Lipſiæ, XVI. Cal. Sept.
An. Chr. M DCC XXIX.

LE-

LECTORI CANDIDO.

Plin. Lib. III. Epiſt. 7. §. 14.

Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur.

§. I.

CUm per hos annos pro excolendo Juris Publici atque Feudalis ſtudio diplomata & priſca Germaniæ noſtræ monumenta perluſtrarem; aliud agenti occurrebant non raro *Germanica nomina dierum ac feſtorum* mira prorſus mihique inaudita. Captus ſtatim nova atque alia cupiditate, pauliſper diverti a via, coepi Auctores, qui de Feſtis egerunt, evolvere, & per occaſionem viros, quos in rebus Medii Ævi non mediocriter verſatos noveram, conſulere. Sed cum hinc fruſtra quærerem, hinc partim inanes conjecturas dubiasque explicationes, partim diſſenſus & paulatim etiam errores vel Clariſſimorum hominum deprehenderem, meæque cupiditati neutrubi fieret ſa- *Occaſio inſtituti.*

tis; penitus ad fontes ipſos redii, novo conſilio antiqua Germanicæ linguæ monumenta perveſtigavi, *nomina priſca Feſtorum*, &c. quotquot reperiri potuerunt, collegi & ordinavi, & ex Eccleſiaſticis Medii Ævi antiquitatibus, pro ingenii mei modulo, in uſum publicum illuſtranda ſuſcepi.

§. II.

Utilitas. Intereſt profecto in omni Hiſtoria, uti res ita tempora rerum accuratius noſſe, nec ſufficit Lectori cupido Hiſtoriarum, quo quidve anno geſtum ſit, cognoviſſe, inquirit etiam ſtudioſe menſem ac diem, eoque inventō tandem acquieſcit. Collectores plerique Diplomatum, quorum tot tamque vaſta Volumina per hos annos noſtra vidit ætas, illud ſibi negotii inter alia datum exiſtimant, ut antiqua monumenta juſto ordine ſecundum ſeriem temporum quam accuratiſſime digeſta proferant. Et quis ſuo ea in re officio digne fungi audeat, niſi cui CALENDARIVM MEDII ÆVI, & præcipue circa Diplomata Germanica, GERMANICVM noſtrum fuerit cognitum? Documento eſſe poteſt Compilator illius magnifici Operis, quod Anno MDCCXXVI. ſub titulo: *Le Grand Corps Diplomatique* &c. prodire coepit; qui cum Diplomata laudabili inſtituto in ſeriem juſtam tem-

temporum redigeret, ob defectum CALENDARII GERMANICI non semel anceps hæsit, & rem conjecturis ultro citroque agitare parum feliciter conatus est. Neque illud in Viro peregrino magnopere mirandum, cum etiam in domesticorum scriptis talium errorum, quam frequentissima exempla & vestigia inveniantur.

§. III.

Minore dubitatione atque obscuritate implicatur, cujus frequens usus est in Diplomatibus Medii Ævi, CALENDARIVM SANCTORVM, quod, quia facili negotio ex Martyrologiis, Actis Sanctorum, imo Calendariis vulgaribus hodiernis intelligi potest, data opera tractare non institui, & solummodo antiquos versus memoriales Appendicis loco adjeci. Interim tamen, quonam tempore circiter subscriptionibus Diplomatum dies festi vel Sanctorum, loco Calendarii Romani, apponi coeperint, operæ pretium est hic annotare. De qua re silentium est apud magnum illum Magistrum Rei Diplomaticæ MABILLONIVM, quem, quia labore suo ad mores Galliæ Curiæque Romanæ potissimum respexit, rerum patriæ nostræ parum peritus, excusandum puto. B. HERTIVS autem, quo Viro nemo dignius, nemo felicius

Quando usus Calendar Sanctorum Diplomatibus coeperit.

cius rem Diplomaticam Germaniæ adornaſſet, dummodo ad noſtram hanc ætatem vixiſſet, in *Diſſ. de Fide Diplomatum* §. *XV.* obſervat, „*poſt Rudolphum Habsburgicum in Chartis præ-*„*ſertim Germanicis nomen diei a Sancto, qui* „*feriatum vel præceſſerat vel ſequebatur, ple-*„*rumque dinumerari conſveviſſe.*„ Sed hæc conſvetudo, tempora deſignandi a nominibus Sanctorum, multo citius invaluit, & primum mihi orta videtur in Belgio, vid. BVTKENS *Troph. Brabant.* T. I. *dans les Preuves* p. 70. ſqq. & MIRÆI *Notit. Eccleſ. Belg.* p. 543. ſqq. ubi Diplomata de An. MCCXIV & proxime ſequentibus fere perpetuo ita ſubſcribuntur. A Belgis paulatim transiit mos ad reliquos Germanos jamque ſub Friderico II. in Diplomatibus Latinis uſurpari coepit. Extant Diplomata (*a*) de An. MCCXXIV. MCCXXXII. & huic ætati proxima, in quibus ſubſcriptiones: *in Annunciatione B. Virginis, in craſtino Lucæ Evang. in Vigilia Andreæ, in Commemoratione Pauli, 2. feria poſt Jacobi* & ejusmodi alia plura, quæ indicarem, niſi hæc pauca exempla Lectori ad fidem ſufficerent. Negari tamen non poteſt, iis temporibus tales ſubſcriptiones paulo eſſe infrequentiores, & pleraque

(*a*) Vid. MEICHELBECKII *Hiſt. Friſing.* T. I. P. I. p. 400. LVNIGII *Spicil. Secul.* P. I. p. 381. WENCKER. *de*

raque omnia Diplomata Calendarium Romanum adhuc præferre; fiunt vero crebriores, appropinquante Rudolphi I. Imp. principatu, donec poſt ejus imperium mos hic ferme ubique, etiam in monumentis Germanicis invaleſceret, & inde ſatis conſtanter per ſequentia ſecula duraret.

§. IV.

Mira vero illa *nomina Germanica dierum ac feſtorum*, quæ hic inprimis explicanda ſuscepi, frequentiſſime leguntur in monumentis Seculi XIV. & pleraque ita ſunt obſcura, ut vel hominibus peritiſſimis earum ſignificatio fuerit obſcura & incomperta. Hinc illi errores, illæ falſitates, ubivis obviæ, quas non perſtrinxi, ſed amore veritatis, in commodum Lectoris, quam modeſtiſſime annotavi. Nihilominus & mihi ſuperſunt aliquot nomina, de quibus audacter in præſentia ſtatuere dubitavi, & potius Lectoris judicium expecto. Neque etiam dubium eſt, quin melius paſſim illuſtrari variisque aliis nominibus locupletari poſſit hoc Calendarium. Sed, *nihil eſt ſimul & inventum & perfectum*, au-

Obſcuritas Calendarii German. in Medio Ævo.

de Vsburgeris p. 6. LUNIGII *Reichs-Archiv. P. Spec. Cont. II. Fortſ. IV.* p. 380. & *in Contin.* IV. P. I. p. 222. &c.

auctore CICERONE (*b*); multa majores nobis, multa nos vicissim posteritati relinquimus. Qui noverit argumenti obscuritatem, & pauciſſima publice extare Calendaria & Ritualia Germanica veterum Ecclesiarum, & si qua extant, esse rariora, facile id mihi quidem condonabit. Et quis omnia in numerato quasi habeat nomina, quæ a peculiaribus locorum ritibus jam olim orta, nunquam vero scriptis expressa, exteris non innotuerunt? Quod si cui verò plura nova vel ex impressis vel MSStis libris ac diplomatibus nomina suppetunt, aut melior jam propositorum ordo vel explicatio succurrit; faciat (quod publice rogo) me aut Bibliopolam certiorem, & ab utroque nostrûm vicissim quævis officia humanitatis laudemque publicam expectet. Interea Lectori sufficiet, eorum hic intueri satis magnum numerum, quæ non solum universis ferme Germanis sed singulis etiam civitatibus ac provinciis vel fuerunt olim vel nunc quoque sunt in usu, quæque ex ampliſſimis Collectionibus & rarioribus libris, monumentis item MSStis erui atque eruta illustravi.

bsidia & ontes hujus puſculi.

Vsus sum BIBLIOTHECIS publicis hujus Civitatis, SENATORIA & PAVLINA, & privata illustri (ad quam, per singularem Magnifici ac Nominatissimi Domini Possessoris

(*b*) de *Claris Orator. Opp.* T. I. p. 303. (Edit. Genev.)

ſoris in me benevolentiam, acceſſus patuit liberrimus) MENCKENIANA. Debetur gratia Viro Cl. IOH. GOTTLOB HORNIO, Hiſt. qui Diplomatum ineditorum copiam inſignem perluſtrandam benevole & amice mecum communicavit. Debetur laus humanitatis Domino GODOFR. LEBERECHT CRAMERO, Secretar. Dresd. meritiſſimo, qui ignotus ignoto quædam nomina, raro alias obvia, ex Archivo Electorali Dresd. benigne mihi ac lubentiſſime indicavit. Denique non parum profeci ex colloquio cum Viro Rev. ac Doctiſſ. Domino OTTONE de GRABEN, qui nunc apud nos domicilium habet, &, ut eſt rituum Eccleſiaſticorum ſcientiſſimus, ſæpe viam comiter monſtravit felicius indagandæ cognoſcendæque veritatis.

§. V.

Habes, Lector, inſtituti mei ac rei geſtæ rationem. Tui nunc eſt judicii, an hoc Opuſculum ſit publici ſaporis, an lucem hominumque conſpectum ferat, an uſum præſtet, an otioſi partus ſit ingenii? Enimvero non is ego ſum, quem inſanus aliquis vexat conſcribillandi ac diſſentiendi pruritus, nec lucellum capto aut affecto gloriolam. Ipſa hujus argumenti utilis ſane ſed adhuc deſerti ac multis

er-

erroribus depravati, neceſſitas ſtudiumque Hiſtoriarum ac Rei Diplomaticæ me ſtimulavit, ut tentarem aliquid in uſum publicum, & Medii Ævi tenebras, quæ in multis rebus adhuc ſunt denſiſſimæ, mea etiam qualicunque opera ex parte illuſtrarem. Fave itaque Opuſculo, exiguo illi quidem, ſed uſus forte non exigui. Quamvis careat Auctore magni nominis eruditionisque apparatu, forte tamen (niſi me amor abſoluti laboris fallit) diligentia & utilitate ſe commendabit. Quod ſi tibi ſit jucundum atque utile, ſatis magnum operæ meæ pretium feciſſe videbor. Sicubi erraverim, erroris humani non pudet, magnorumque hominum, qui in eadem via ſaepenumero lapſi ſunt, exemplo me conſolor, nec cenſeri recuſo. Peto tamen & jure humanitatis etiam poſtulo, eadem alii in me utantur, qua in eos uſus ſum modeſtia. Vale.

Dabam Lipſiæ ex Ædibus Romanis,
VII. Cal. Aug. An. MDCCXXIX.

CA-

CALENDARIVM GENERALE

IN QVO

NOMINA MENSIVM, DIERVM HEBDOMADIS, QVATVOR TEMPORVM ETC. EXPONVNTVR.

I.

NOMINA MENSIVM.

IANVARIVS Belgis eſt *Laumaent* a legibus & pactis conjugalibus, quæ illo ſolent maxime contrahi, Græcis Γαμηλιών. FRANC. IVNII *Nomenclator* p. 555. Diſſentit OLIV. VREDIVS *in Hiſt. Comit. Flandr.* P I. p. 346. qui derivat a veteri *Louw* i. e. luſus, recreatio. „*Eſt enim*, ait, *Ianuarius* MENSIS GENIALIS „*tum ob ſtrenas, quæ primo anni die mittuntur,* „*tum ob feſtum Trium Regum, tum ob diem, qui* „*Belgis dicitur Verlooren Maentag*, &c.„ In Dni LVNIGII *Corp. Juris Feud.* T. III. p 107. dictum invenio *den Mand, der da heiſſet* LASMAND,

Januarius. Laumaent.

Lasmant. MAND, & in Latino ibidem: *menſem, qui appellatur* LASEMOND.

Februarius. II FEBRVARIVS a Carolo M. dictus eſt *Hornung.* *Hornung*, de quo nomine ambigunt eruditi. Plerique *menſem cornuum* interpretantur a caſu cornuum cervinorum, Græce Ελαφοβολιών. VREDIVS c. l. p. 347. ducit hanc vocem ab *horen*, *hooren* ſive *ophooren*, *deſinere*, *finem facere*, quoniam eo menſe frigus remiſſum incipit deſinere; in qua ſententia olim etiam fuit AVENTINVS *Annal. Boj.* Lib. IV. Mihi magis arridet prior opinio. Porro a Belgis frequenter dicitur *Sporkel.* *Sporkel*, de quo ita docet HADR. IVNIVS *de Annis & Menſibus* in GRAEVII *Theſ. Antiqu. Rom.* T. VIII. p. 215. A. „*Belgæ* Sprockelmannum *vocitant a collectaneis quisquiliarum, quas* „*defluxa jam hyemis ſævitia, igni adjiciunt te*„*nuiores.*„ Sed ad quisquilias referenda hæc de quisquiliis opinio. KILIANVS *in Etymologico* ait: „*Sporkelle, Sporkelmaendt Februarius Men*„*ſis, quo frigoris veſtigia adhuc apparent, a* „*Spor videlicet aut Speur veſtigium, unde ſpoo*„*ren, ſpeuren, inveſtigare, & kelle frigus.*„ Aliquanto probabilior videtur derivatio VREDII, qui *Sporkelle* mavult ortum eſſe a veteri *Spoorck fragilis* & *Kelle* frigus, quaſi *fragilis glacies* & *levius gelu*, quia ſe tunc hiems remittat ſive (ut Varro (*c*) ait) frigora ſe frangant; & quia *ſporkeln* Belgæ adhuc dicant, quando ſuperficies aquæ tantum congelata eſt. Vir quidam rerum

(*c*) L. II. de Re Juſt. c. 2.

rerum Italicarum peritus perſuadere mihi voluit, ductum hoc nomen eſſe ab *aſparago* (vulgo *Spargel*) eo quod in quibusdam Italiæ locis hic menſis etiam dicatur *Meſe de Sparagi*, quippe quo aſparagus a terra ſurgere incipiat, & hoc incremento ſpem felicis proventus colono faciat. De qua tamen opinione dubito 1) quia Belgæ aſparagum aliter ſua lingua vocant, vid. IVNII *Nomenclator.* 2) quia hæc herba Menſe Majo primum a radice prodit, teſte experientia & MATTHIOLO. Cæterum in *Faſtis Limburg.* p. 123. ita legitur: *Secundum Calendarium Romanorum uf den ſechzehenden Tag* (ſupple: des Monats Februarii) *genannt Sporckel.*

A Germanis quibusdam dicitur *Hartmont*, a duritia & aſperitate frigoris, quia hic Menſis plerumque vehementer & noxie frigidus eſſe ſolet, & frigidior ſæpe ipſo Januario. Unde vulgatum inter noſtrates de eo proverbium: *Hartmont.*

Hätt ich die Macht wie du
Ich lies erfrieren das Kalb in der Kuh.

III. MARTIVS a Carolo M. nomen accepit *Lentzmonat*, id eſt *vernus*, ex veteri Gallico *lenten*, *ſolvere*, *laxare*, quia eo hiems adſtricta ſolvitur molli adventu Veris, vid. VREDIVS c. l. p. 347. *Martius. Lentzmonat.*

IV. APRILIS Belgice *Grasmaand* a graminum & herbarum copia, Cymbrice *Faremaanet*, hoc eſt, *venuſtus menſis* appellatur, quod tunc omnia ridere incipiant. Dns FABRICIVS *in* *Aprilis. Grasmaand.*

Menolog. p. 144. ait: *Faremanet, migrationi aptus, vel potius ab ovibus.*

Majus. Winnemaendt. V. MAIVM Carolus dixit *Winnemaendt* ſine dubio a voce *winnen* ſive *weinen*, quod eo vites inciſæ lacrymantur. VREDIVS p. 348. ducit a vocabulo *winnen*, quod omnia eo incipiant creſcere ac fructus proferre. Unde *winnende landt* Belgis adhuc eſſe terram frugiferam. CL. Dns SCHMINCKE *in notis ad Eginhard* p. 133. in medio relinquit, ſive a Germ. *Wonne* ſeu *Wunne* jubilatio, quia eo menſe formoſiſſimus annus ſit, ſive a *winnen lucrari*, quod agricolæ lucrum capiant ex pecoribus, novas herbas comedentibus, derivare malis. *Bloiemaand.* Belgæ vocant etiam *Bloiemaand.* Anglo-Saxones nominabant *Trimilchi*, quod eo ter quotidie pecora mulgeri poterant.

Junius. Brachmonat, Brachet. VI. IVNIVS Germanis plerisque *Brachmonat*, Helvetiis *Brachet*, ut apud Dn. LVNIGIVM *in Spicil. Eccleſ.* T. II. p. 179. *der funffzehent Tag des Monats* BRACHET, item T. III. p 222. *des andern Tages* BRACHET; quia eo arva, quæ adhuc ceſſaverant, id eſt, novalia, repaſtinantur; item *Weidmaent* a pecoribus in paſcua mittendis, IVNIVS c. l. p. 550. item *Zomermaand.* *Weidmaent.*

Julius. Wedmonat. VII IVLIVS Anglo-Saxonibus erat *Medmonath* a foeniſecio Conf. Dns FABRIC. c. l. p. 142.

Auguſtus. Arenmonat. VIII. AVGVSTVS a Carolo appellatus fuit *Arenmonat* a ſpicis, quia eo menſe colliguntur ariſtæ cum iisque frumenta. Hinc etiam *Erndmonat* vocatur. Belgis eſt *Ooſtmaent* ſive *Oogſtmaent*

maent ceu ὀπωρινὸς & pomorum productor simul & messis, ait ADR. IVNIVS ap. GRAEV. c. l. p. 217. Sed mihi potius videtur vox facta ex *Augustus*, vid. plura exempla inferius in Calend. Spec. sub Festo Assumpt. Mariæ.

IX. SEPTEMBER a nobis vocatur *der Herbst-monat*, a Belgis similiter *Herfstmaent*, i. e. mensis autumnalis, item *Speltmaent*, *Gerstmaent* a farris hordeique messe. *September.* *Speltmaent.*

X. OCTOBER veteri appellatione dicitur *Wynmonat* a vindemia; Belgis *Braeckmaent* a confringendis cannabis linique stipulis. ADR. IVNIVS ap. GRAEV. c. l. p. 218. *October.* *Braeckmaent.*

XI. NOVEMBER Carolo *Wintmonet*, quod venti tunc incipiant dominari. Belgæ vocare solent *Slachmaent* a solenni jugulatione pecorum, quorum carnes annui penus gratia, partim muria conditas, partim fumo duratas toto pene anno asservant. ADR. IVNIVS c. l. Anglo-Saxonibus etiam erat *Blothmonath*, vid. Dni LEIBNITII *Script. Brunsuic.* T. I. p. 45. & B. SCHILTERI *Glossar. Teuton.* p. 123. VREDIVS c. l. apud Belgas Octobrem ita vocari tradit. *November.* *Slachmaent.*

XII. DECEMBER a Carolo dictus est *Helmonat* i. e. *Heylmonat*, mensis salutaris, propter Christi Salvatoris Natalem, vid. VREDIVS c. l. p. 349. Unde nostrates *Christmonat* appellant. In LVNIGII *Corp. Jur. Feud.* T. II. p. 1138. dicitur *des heiligen Christer Moende*. Alicubi vocatur *Wolfsmonat* a lupis, quorum crebra tunc captura *December.* *Helmonat.*

eſt. ORIGANVS *in Ephemer.* ait, quia lupi eo menſe maxime circumcurſitent. Belgis denique *Hoeremaent* dicitur a ſcortorum laſcivia, ut putat IVNIVS p. 551.

Hoeremaent.

* Vid. omnino CL. FABRICII *Menologium*, ubi plura menſium nomina pro diverſitate populorum recenſentur; neque enim ſcrinia ejus expilare decet, aut de explicationibus judicium ferre nobis integrum eſt.

II.
DIERVM HEBDOMADIS NOMINA.

Fron-Tag.

DIES SOLIS vocatur *Fron-Tag* i. e. Sancta dies. v. B. SCHILTERI *Gloſſar. Teut.* p. 198. De vocabuli *Fron* ſignificatu inferius agetur.

Aſſter-Sonntag.

II. DIES LVNAE aliquando *Aſſter-Sonntag* dicitur, id eſt, dies Dominicam ſequens; ſicuti *Aſſter-Montag* dies Martis eſt in WERLICHII *Chron. Auguſt.* P. II. p. 174.

Dies Martis. Dingstag.

III. DIES MARTIS Saxonibus dicitur *Dingstag* a voce antiquiſſima *Ding*, quæ hic *judicium* ſive *placitum* denotat, eo quod judicia olim plerumque hac die habebantur a Germanis, præſertim Saxonibus, ſicut de Judiciis Weſtphalicis obſervat GOBELLINVS *in Coſmodr. Æt. II.* cap. 4. & de Anglo-Saxonibus Dns MEINDERS *de Judic. Centen. cap.* 4. p. 93. Hinc talis legitur ſubſcriptio in Dni LVDWIGII *Reliqu. MSStor.* T VI. p. 485. *in dem neheſten* DINGE *nach Corporis Chriſti.* Intelligo *μετονυμικῶς* diem Martis.

Martis. GODOFR. ILMANNVS Paſt. olim Burchardswald. *in Faſtis Chriſt.* MSC. (Bibl. Menck) p. 5. eandem derivationem inaudiverat, quam inter alias recenſet: „*Dienſtag appellatum volunt* „*a dingen*, h. e. *litigare coram judicio*, *ſich vor* „*Gericht andingen oder angeben*, *loquutionem* „*eſſe forenſem; forte quod illo die tractarunt fo-* „*renſia*, *dictus eſt quaſi dies litis & diſcordiæ.*„ Quidam nomen hoc derivant a Deo *Tuiſtone*, Germanorum Marte, vid. omn. Dns ECCARD. *de Uſu & Præſtantia Studii Etymol. in Hiſt.* §. 3. quod concedi poteſt de Anglo-Saxonum *Tivesdag*, Anglorum *Tuesdag*, Belgarum *Dyſentag*, minime autem de Saxonum *Dingstag*, quippe qui aliam rationem ſecuti ſunt. Plane nugatur GERH. IOH. VOSSIVS *de Orig. & Progr. Idolor.* L. II. *cap.* 33. p. 178. ubi derivando ita ſe exercet: „*Heſus* vel *Hiſus*, unde *Hiſesdag* & contracte „*Hys-dag*, qui Romana lingua Martis dies. „Vulgo uſitatius t, vel d, ut in aliis multis, præ-„miſſo, *Thys-dag* vel *Dys-dag.*„ Superioribus Germanis fere dicitur *Erichstag* a vocabulo *Erichs-tag.* *Erich*, Martem ſignificante. Ita occurrit ſæpius in *Paſſagio Alberti Ducis Saxon. in Palæſtinam ap.* Ill. MENCKEN. T. II. *Script. Germ.* p. 2104. ſqq. Scribitur etiam *Ertag*, ut in STEYERERI *Hiſt. Alberti* II. p. 51. & in LVNIGII R. *Arch. P. Spec. Cont.* IV. p. 1259. *am Montag und* ERTAG *vor Pfingſten.* In VNRESTI *Chron. Auſtr.* in Dni HAHNII *Monument.* T. I. p. 598. *an dem* ERITAG, *Mitichen*, *Phintztag.* Vocatur

Zinstag. catur porto *Zinstag* a cenſu & præſtationibus, eo die quondam conſuetis, vid. B. SCHILTERI *Diſſ. de Curiis Dominic.* quæ auctior extat in ejus *Comment Juris Feud Alem* p. 595. ſqq. & 604. conf WENCKER. *de Pfalburg.* p. 124. & 129. item in *Præſidiis* p. 220 Inanis ergo eſt conjectura BESOLDI, qui *Dingstag* per abuſum in *Zinstag* converſum eſſe ſtatuit. Aliquando ſcribitur *Cistag* ſive *Zistag* apud eundem WENCKER. de *Usburg.* p. 21 & in *Apparatu Archivor.* p. 388. forte per errorem pro *Cinstag* Viſum tamen eſt IO. IAC HOTTINGERO *in Helvet. Kirch. Geſchichten* P. I. p. 55. illud nomen ducere a Dea *Ciſa* his verbis: „*Noch Anno Chriſti 1317. iſt ge-*„*ſchriben worden* CISTAG, *welches man von der* „*Goettin* CISA *herholen moechte. Man wolte* „*denn ſagen, weiln die Buchſtaben C. Ch. und H.* „*offt verwechſelt worden, ſeyen* CISTAG, „CHISTAG *und* HIESTAG *für eins zu halten* „ Audio, in Auſtria & Helvetia vocari vulgo den

Prechtag. *Prechtag*, a Dea quadam *Precha*, quæ (ut fabulantur) homines artem lini frangendi docuerit.

Diei Mercurii. IV DIEM MERCVRII Anglo-Saxones, Germani Septentrionales & Belgæ dicunt *Wod-*

Wohnſtag. *nesdæg*, *Wohnſtag*, *Woensdag*, *Wenesdag*,

Godenstag. *Godenstag*, *Gudenstag*, *Goens-* ſive *Gunstag* item *Onsdag* ſine dubio a Mercurio, qui Germanis erat *Wodan* ſive *Wondam*, teſte PAVLO DIAC. *de Geſtis Longob.* L. I c. 9. ECCARD. c. l. §. 2. not. a. Vid. omn. GERH. IOH. VOSSIVS c. l. L. I. c. 37. p. 102. ubi præclare docet, *Wo-*

dan

dan Germanorum multo alium fuiſſe, quam Romanorum Mercurium, nempe ſummum Deum atque univerſi Præſidem, nomenque idem eſſe ac *Guodan* ſive *Guode*, pro quo *Gode* vel *God*, *Gott*, (*deus*) nunc dicatur. Præterea in Codice Diplom. ad TESCHENMACHERI *Annal. Cliv.* p. 23. legitur *Goedesdag*. Interdum *Gudestag*. ut in NOPPII *Aacher Chron.* L. III. p. 82. *vp* GVDESTAG *den 20. Nov.* Aliquoties etiam levi mutatione ac per errorem ſcribitur *am* GVTEM TAGE, ut in LUNIGII *Spicil. Eccleſ. I. Theil in der Fortſetz.* p. 919. Sic apud Dn. DATT. *de Pace Publ.* p. 185. *geben uff* GVTEM TAG *naegſt nach Sant Ottmarstag*. Ibidem p. 643. n. 38. *Datum* GUTEN TAGS *in Oſterfeyren*, & p. 729. n. 24. *des nechſten* GVTEM TAGES *nach ſant Peterstag* &c. *Gudestag.*

V. DIES IOVIS vocatur *Thorsdag* a *Thor*, *Donder*, *tonitru*, appellatione (ut apparet) ex ipſo ſono formata. Tonitru enim antiquiſſimi majores ſub nomine *Thor* pro magno Deo venerabantur, uti teſtis eſt ERICVS OLAVS *Hiſt. Suec.* L. I. c. 1. „*Pro pluvia*, inquit, *& aura* „*neceſſaria invocabant* THORVM, *tanquam* „*potentem in ſublimi; cujus etiam patrocinio ſe* „*ſperabant ab incommodis impreſſionum, tonitru* „*ac tempeſtatibus, fulmine grandineque conſer* „*vari: cui ſingulis hebdomadis* quincta feria *per* „*deputatos Sacerdotes ſacrificia offerebant, a quo* „*erat dies illa dicta* THORSDAG.„ Dubium vero eſt, quare Superioribus Germanis, qui *Dies Jovis. Thorsdag.*

præſertim Alpibus viciniores habitant, dies hic
Pfingsdag. ſit *Pfingsdag.* CLVVER. L. I. *Antiqu. Germ.* & LEIBNITIVS T. I. *Script. Brunſuic.* p. 45. in hanc ſententiam explicant: „Jupiter nonnullis „populis dictus PEN aut PENNIN i. e. caput, „eique montium vertices, βουὶ ſeu pinnæ ſa„cratæ fuerunt. Unde ALPES PENNINAE, „Italiam a Burgundia diſtinguentes, poſterio„ribus appellantur MONS IOVIS, cui etiam „ara ibidem fuit dedicata.„ Cui derivationi contradicit aliamque a voce *fünff*, πέντε, quaſi *der fünffte Tag in der Wochen*, defendit Dns SCHERZIVS ad SCHILTERI *Antiqu. Teut.* T. II. p. 144. not. z.) ſed absque fide & applauſu Lectoris. Auſtriaci enim & Helvetii pro *fünff* nunquam dixerunt *Pfings* vel *Pfintz*. Valet itaque Leibnitiana, donec fortioribus argumentis deſtruatur. Scribitur etiam hæc vox *Phintztag*, v. g. in Dni IOHANNIS *Scriptor. Mogunt.* T. I. p. 968. in HVEBERI *Auſtria* p. 35. 46 75. ap. DATT. p. 633. n. 31. Imo & *Phuntztag* in STEYEREREI *Hiſt. Alberti* II. p. 559.

Dies Veneris. VI. DIES VENERIS notiſſimo ubique vo-
Freytag. cabulo dicitur *Freytag* a FREA, Germanorum Venere. Vid. CANGIVS *in Gloſſar.* & Dns ab ECCARD *ad Leges Salic.* p. III. it. GOBELL. *Cosmodr. Æt.* III. c. 4. KOENIGSHOVEN *in Chron. Alſat.* p. 171. ita: *wan der* FRITAG *heiſſet dies Veneris, das iſt*, FRO VENVS DAG. Inde nobis *freyen* adhuc *matrimonium contrahere* ſignificat, nullumque diem hoc ipſo feliciorem

ciorem ſponſalibus eſſe, veterum credebat ſuperſtitio.

VII. DIES SABBATHI vel SATVRNI, Belgis *Saterdag*; Germanis *Samstag*, quod vocabulum ex *Sabbethstag* contractum videtur Dno MEINDERS *de Statu Relig.* &c. p. 198. & HOSPINIANO *de Orig. Feſtor.* p. 47. b. Mihi placet opinio ADR. BEIERI *in Otio Sabbath.* p. 12. „*Sambstag*, inquit, *quaſi dies congregationis, quod numerus dierum hactenus diſperſus „in eo colligatur, compleatur ac redintegretur.*„ Vicinum voci *Samstag* eſt Gallorum *Samedi*. Et quia ſingulis diebus Sabbathi *Lucernæ* ſolent accendi in templis, ut in honorem B. Mariæ ſemper ardeant, Saxones inferiores hunc diem appellaſſe videntur *Laterndag*. Sic in RVDOLPHI *Gotha Diplom.* P. I. p. 113. *Laterendag Sencte Bartholomeus Dagh.* In BOTHONIS *Chron. Pictur.* ap. LEIBNIT. T. III. p. 417. *des Laterendages na ſante Pauwel.* In REHTMEYERI *Chron. Brunſu.* p. 1322. *des Latern Dages S. Johannis Bapt. Middenſommer*, & p. 1288. diſerte: *am* SONNAPENDE *des* LATEREN DAGES *Sancti Egidii.* In Deductione autem Ducum Brunſvic. contra Civitat. Brunſvic. P. I. p. 183. falſo legitur: *des Latendages S. Catharine.* Dani vocant den *Loewertag* a *loewen purgare*, quia homines illo purgant ac verrunt domos, lavant vaſa & reliquam ſupellectilem.

Dies Sabbathi.

Samstag.

Laterntag.

Loewertag.

In genere adhuc eſt notandum, Scriptores Medii Ævi, omnes dies hebdomadis vocare *Ferias*

Ferias & numerare primam, ſecundam, tertiam &c. a die Solis inchoando, ſicut *in Chron. Sampetrino Erfurt. MSC. ad an.* MCCXCIV. legitur: SEXTAM FERIAM *perpetuo ſilentio dedicavit*, i.e. diem Veneris. Dicunt, jam circa initium Seculi IV. hoc a Sylveſtro inſtitutum eſſe, qui averſatus nomina Deorum gentilium, feriarum nomen cum numero diebus impoſuerit.

III.

NOMINA QVATVOR TEMPORVM.

Quatuor Tempora. QVATVOR TEMPORVM (vulgo *Quatember*, olim *Quatertemper*) IEIVNIA non raro dicuntur d). *Wichfaſten*, *Weichfaſten*, *Weigfaſten*, *Wiegefaſten.* Nicolaus II. Epiſc. Miſnenſis ap. SENFF. *in Hiſt. Stolpenſi* p. 202. *Nachdem ietzt die Zeit* QVATVOR TEMPORA *oder* WEICHFASTEN *vorhanden.* Dns KNAVTH. in *Chron. Vetero-Cell.* P. VII. p. 91. ita notavit: „*Der Beyſatz* WEICH-„FASTEN *ſoll einen Vnterſcheid geben von dem* „*ſo genandten Mann-Faſten, an welchem letzten* „*die Edlen Mannen vor Alters gewohnt, ihre Rit-*„*ter-Spiele zu exerciren. Andere wollen das erſtere* „*lie-*

Weichfaſten.

(d) Parum aberat, quin huc retuliſſem locum Chronici Rhythmici Brunſvic. ap. Dn. LEIBNIT. T. III. p. 42. *ſtarb Keyſer Henrich na deme* WICH, quaſi den naechſten nach *Wichfaſten.* Obiit enim Henricus V. feria V. in Pentecoſte, auctore ALBERICO ad an. MCXXV. Sed ſenſus

„*lieber* WEYH-FASTEN *ſchreiben und von der* „*Prieſter Weyhungs-Ceremonie deriviren.*„ Et pag. 655 „QVATVOR TEMPORA *ſind die vier* „*vierteljährigen Mitwochen, ſo die Quatember* „*anfangen, in alten Schrifften* WEICHFASTEN „*genant, daran man auch* LEIDLICH FASTEN „*zu halten pflegte.*„ Auctor mire varius eſt, &, ut alias e), ita etiam hic conjecturis ſuis abundat. Verior utique ſententia eſt, hæc jejunia dicenda *Weyh-Faſten* a conſecrationibus Clericorum, quas illis diebus fieri juſſerat Gelaſius. Vid c. 7. *diſt.* 75. &c. 3. *X. de tempor. ordin* MONACHVS PIRNENSIS, ſcriptor hiulcus, ita: „*Urbanus Pabſt der erſte verordente,* „*das die ebte die erſte* WEYHVNGE *hetten zugeben, und* WEYGFASTE *beſtetiget.*„ Eſt in Bibliotheca Paulina Lipſ. *Expoſitio Feſtorum* MSC. vetuſta (FELLERI *Catal.* p. 93. n. II.) ubi hæ rationes inſtituti redduntur: „*Miniſtri Ec-* „*cleſie in* IIII *temporibus ordinantur, quatinus* „*ſub* IIII. *evangeliis Chriſto & eccleſie ſervire ad-* „*moneantur. In Quadrageſima idcirco ordinan-* „*tur, ut viciis marceant. In vere ideo ut virtu-* „*tibus floreant. In Septimana Sps Sancti & in* „*eſtate, ut ſint ſpiritu ferventes, domino ſervi-* „*entes. In aucupio & in feſto tabernaculorum* „*vero*

ſus Poëtaſtri eſt, obiiſſe Cæſarem poſt *proelium* ad ſilvam Gvelphi. *Wich* notat *proelium.*

(e) Lepidum ejus generis exemplum notatum eſt ad MONACHI PIRN. Excerpta ap. Magnif. MENCKEN. T. II. *Script.* p. 1537.

„*vero, ut fructus bonorum operum colligant, &* „*ipſi tabernaculum Dei fiant. In hieme & ante* „*nativitatem Domini vero, ut mundo moriantur,* „*& cum Chriſto in virtutibus renaſcantur.*„

Gold-Faſten. Dicuntur etiam aliquando *Goldfaſten*, v. g. in FRISII *Chron. Herbipol.* ap. Dn. LVDWIG. p. 540. & ap. DATT. p. 182. ubi: *in der Quatember-oder* GOLTFASTEN. Nec infrequens *Fron-Faſten.* eſt nomen *Fronfaſten*, quod Latini barbari, præſertim recentioris ævi, *Angariam* exprimere ſolent, eo quod ſervitia & operæ (die *Frohnen*) ab iis dicantur *Angariæ*. Unde in Domini SCHOETTGENII *Chron. Wurcenſi* p. 170. eſt *angaria cinerum & crucis*, & p. 146. *angaria poſt Luciæ* atque *angaria Pentecoſtes*. Rectius expoſueris *Jejunium ſacrum ac præcipuum*, ejusdemque ſignificationis eſt nomen *Goldfaſten*, quippe quod etiam *a ſolennitate* profectum; vide infra Feſtum S. Trinit.

IV.
NOMINA AVTVMNI.

Autumnus. Herbſt. AVTVMNVS a nobis *Herbſt*, a Saxonibus *Hereveſt*, & in *Chronico Germ.* apud Dn. ECCARD. *in Script. Medii Ævi* T. I. p. 1392. neſcio quam bene *Heren-Veſte* vocatur. AEGID. STRAVCH. *in Diſſ. de Computo Vet. Germ.* §. 20. ait: „*Meſſem ſive Meſſis tempeſtatem vocant Celtæ* „HARVEST, *vero genuinoque* AVTVMNI *no-* „*mine, quo etiamnum univerſa utitur Germania.*„

Cæte-

Cæterum TACITVS in Libello ſuo cap. 26. fin. de majoribus noſtris teſtatur, eos *autumni* perinde *nomen* ac bona *ignoraſſe*, quia nempe illorum terræ vineis hortisque non erant excultæ. In antiquis monumentis hoc tempus exprimitur *zu after halme und howe* (i.e. heu). Sic in SCHILTERI *Comment. Juris Feud. Alem.* p. 591. & ſeq. *Zu after halm und howe.* „*Dirre hof het trü gedinge alle Jahr, eins zu* „*Mittel-Hornung, und eins zu Mittel-Meigen, und* ZV AFTER HALME *und* HOWE.„ Et ibidem p. 602. *noch ernen, noch* AFFTER HVWE *und* HALM, i.e. poſt æſtatem ſive meſſem, ac tempore autumni. Quod pag. 598. ita effertur: „*Und ſullen dainne jergelichen ſun drü Ding, eins* „*zu Hornunge, eins zu Meien und eins zu* „HERBESTE.„

V.

VIGILIA ET PRAEVIGILIA FESTORVM.

VIGILIA Feſtorum, *der Abend*, ſemper notat diem præcedentem. GOBELLINVS *in Cosmodr. ap.* MEIBOM. T. I. p. 81. „VIGILIAS *feſtorum per Eccleſias inſtitutas, ſive* „*etiam quemlibet diem, qui diem alicujus Sancti* „*præcedit, illi appellant* AVEND.„ Conf. CANGIVS & WENCKER. *de Pfalburg.* p 31. qui tamen in *Tr. de Usburg.* p. 130. *an St. Martins Abent*, per feſtinationem vertit: *ipſa Martini.* Dicitur quoque *Vorfeſt*, v. g. *im Vorfeſte Palmæ*, *Vigilia. Abend.*

quod

quod Latini: *in profeſto Palmarum.* Item *der Vorfirabend* ap. KOENIGSHOVEN p. 203. MONACHVS PIRN. ſub Artic. *Dreſen* allegat *den foddern Tag des heil. Creuczes Erfindunge*, i. e. vigiliam ejus. Hodie Germani elegantiores dicunt *den Vorabend*, item in feſtis majoribus, *den heil. Abend.* Cauſam inſtituti ac nominis tradit GAVANTVS *in Theſauro Rituum* T. I. p. 260. „*Inde ſunt* VIGILIAE, *tum ut feſtum præveniendo ſit ſolennius, tum ut per pri-*„*dianam purificati abſtinentiam, dignius cele-*„*bremus ſequentis feſti lætitiam*„ Solet autem communi Eccleſiæ Rom. more feſtum a veſpera incipere & veſpera finiri, unde feſtum comprehendit Vigiliam cum eaque pro una die habetur. Id cum aliunde ſatis monſtrari poteſt, tum ex Bonifacii III. Bulla Indulgentiarum pro Templo Omnium SS. Witteb. ubi verba: „*Qui*„*Eccleſiam prædictam in Feſto Omnium SS.* a pri-„mis veſperis usque ad ſecundas veſperas ipſius „feſti *devote viſitarint* &c.„ Conf. de Anglo-Saxonibus infra Præfat. Calendarii Spec. §. III. Ex qua cauſa B. TENZEL. *in Bericht von Anfang und Fortgang der Reformat.* c. IV. p. 240. erroris arguit eos, qui Lutherum *ipſo Feſto* Omnium SS. ſuas illas propoſitiones publice affixiſſe ſcripſerunt. forte quia Matthefius id referat in Feſtum Dedicationis templi (auf den Kirchmeſstag,). Ita ſæpe aliis in locis diſſenſus eſt inter auctores, hoc vigiliam, illo feſtum ipſum uni eidemque rei aſſignante. Erneſtus Elector Sax.

Foddare Tag.

in

in PETRI ALBINI *Annal. Freiberg.* MSS. an. MCCCCXLI. natus dicitur *am Tag unſer lieben Frauen Bekleibung (wie die alten geredet) oder Verkündigung, den 25. Martii, des Abends um 9. Uhr;* quod revera factum eſt in Vigilia hujus feſti, teſte coævo in TENZELII *Curieuſ. Bibl. Repoſ.* I. p. 1125. ubi: *feria ſexta poſt Oculi, & fuit notanter vigilia annunciationis beate virg. Marie, de ſero hora quaſi nona.* Hæc de Vigilia, cui congruit ſignificatione vox PERVIGILIVM, *Pervigilium.* ut apparet ex LVNIGII *Contin. Spicil. Eccleſ.* p. 406. ubi: *in* PERVIGILIO, *hoc eſt*, PRIDIE *ejusdem feſti.* Differt vero a PRAEVIGILIA, *Prævigilia.* quæ ſignificat diem, qui Vigiliam antecedit. Ita vox hæc apud Dn. MENCKEN. T. II p. 414. A. occurrit. Continuator ENGELHVSII MSC. Bibl. Paulinæ, qui proxime lucem aſpiciet, ad annum MCCCCLXVI. vocat *Vigiliam Vigiliæ.* *VigiliaVigiliæ.* Sic etiam in MENCKENII *Script.* T. I. p. 643. B. *Vigilia Vigiliæ Chriſti*, quod apud LEIBNIT. T. III. p. 227. & 252. *Vigilia Vigiliæ Nativitatis Chriſti* exprimitur. Tales *Prævigiliæ* habentur in Eccleſia Romana ante Feſtum Nativitatis Chriſti, Paſchatos, Pentecoſtes & Omnium Sanctorum.

VI.
DIES CRASTINVS.

DIES CRASTINVS ſeculis barbaris dicitur *dies ſequens.* Literæ Electorum de electio- *Dies craſtinus.*

ne Ludovici IV. Imp. apud GEWOLD. *de Septemvir.* f. 45. habent: *Craſtinus B. Lucæ Evang.* quæ eſt XIX. Menſis Octobris. Incidit autem ſemper dies Lucæ in XVIII. Oct. diem. Chron. Vetero-Cell. quod Dn. STRVVIVS primum edidit, p. 151. *in craſtino Matthiæ Apoſtoli*, quod Interpres Germ. *den negſtenn Tag nach* &c. vertit. Dns IOHANNIS T. I. *Rer. Mogunt.* p. 692. *Sabbato craſtino Simonis & Judæ* bene interpretatur: *poſtridie diei Simoni & Judæ Apoſtolis ſacri.* KOENIGSHOFEN p. 32. *und zogent* MORNE *ſo es taget, mit allen ſcharen zu velde*, i. e. in craſtino ſive mane ſequentis diei. Huc pertinet barbarum illud monumentum cujusdam Epiſcopi Oſnabrug. in ERTMANNI *Chron.* ap. MEIBOM. T. II. p. 240.

Tu CRAS *poſt Priſcæ moreris Præſul Tiderice.*

Paſſim etiam reperitur *in craſtino mane & nox, quæ in craſtina ſcit* v. g. *in Sabbatum.* Levia dictu & negligenda hæc mihi viderentur, niſi vel Clariſſimi Viri nonnunquam in eorum explicatione offendiſſent. Dns LEHMANNVS *in Chron. Spir.* L. V. c. 112. p. 564. *in craſtino Eliſabeth* interpretatur: *den Tag* VOR *Eliſabeth.* Et in I. du MONT *Corps Diplomat.* T. I. P. II. p. 343. *craſtino B. Luciæ* explicatur de *die B. Luciæ.*

VII.

Quid feſtum novem COnum ap. Zeitfuchſ.

TAndem in ZEITFVCHSII *Chron. Stolberg.* p. 159. locus extat vitioſus: „*das alle Mit-*
„*tewochin, wochlich, jerlich unde ewiglich, es vor-*

„*vorhinderte denn Feſtum novem CConum, ſol ge-*
„*ſungen werden eyn Frumeſſe obir deme altare der*
„*Viercehn Nodhelffere pro defunctis.* & c.„ Lege *Feſtum Novem Lectionum*, i. e. niſi incidat feſtum duplex ſub triplici nocturno, ut loquuntur; quæ exceptio perpetua eſſe ſolet apud Pontificios, quia tale feſtum non poteſt concurrere cum officio privato. Vocatur autem Feſtum Novem Lectionum, quoniam in officio novem Lectiones leguntur. Dicitur etiam *Semiduplex*. Vid. GAVANTVS in *Theſ. Rit.* T. II. p. 20. Et anno MCCXXIII. Sigfridus AEp. Mogunt. in Concilio Erfurtenſi inſtituit, *ut omne feſtum, habens proprias laudes, in novem lectionibus celebraretur.* Chron. Sampetrinum *Erford.* MSC. ad h. a. Quod ideo hic generatim monendum fuit, ne quis per *feſtum novem CConum* offendatur, aut novam ſibi fingat, quæ plurimæ jam ſunt, feſtivitatem.

CALENDARIVM SPECIALE

IN QVO

NOMINA DIERVM AC FESTORVM SECVNDVM SERIEM CALENDARII ECCLESIASTICI, AENIGMATA QVOQVE ALIQVOT CHRONOLOGICA EXPONVNTVR.

PRAEFATIO.

§. I.

De Anni Epocha Germanor. in Medio Ævo.

ANtequam SPECIALE CALENDARIVM ordiamur, juvat de Anni Epocha, in Medio Ævo apud Germanos paſſim uſitata, paucis præfari. Qua in re apud majores noſtros magna (*f*) variatio & diverſitas, perinde atque apud alias gentes, deprehenditur, unde non minor temporum ac rerum fluxit perturbatio judiciique difficultas. Et Concilium Colonienſe An. MCCCX. habitum jam inter alia nota-

(*f*) Chronicon Montis Sereni ubique alias a Natali Domini annum inchoat, & tamen ad an. MCCXVII. dicitur: *Hujus anni die primo, hoc eſt*, VIII. *Kal. Aprilis.* Quod facile tribuo Auctorum, qui hoc Chronicon compoſuerunt, diverſitati. Sed Auctor de Landgraviis Thuring. cum alibi fere annum a Domini Nativitate ordiatur, tamen cap. CXXVI.

notavit, magnos errores & difficultates propter diverſitatem inceptionis anni Nativitatis Chriſti multoties eveniſſe, cui etiam incommodo deinceps occurrendum ſtatuit.

§. II. Antiquiſſimis temporibus una eademque apud Germanos in uſu fuiſſe videtur Epocha, quæ anni exordium ducebat a *Solſtitio hyberno*, quod congruit cum tempore Natalium Chriſti. IOS. SCALIGER *in Lib.* II. *de Emendat. Temp.* p. 170. ita ſcribit: „*Veteres Saxones* „*& Dani principium anni civilis ſemper a XXV.* „*Decembris capiebant, idque a nocte, quæ ſequi-* „*tur XXIV. in qua antiquitus Chriſtiani hodie-* „*que pervigilia natalitia faciebant. Eam noctem* „MODRANECT *vocabant, quaſi dixeris* νυκτο- „*μήτορα, & quaſi illa eſſet parens & princeps* „*omnium reliquarum noctium, utpote a qua caput* „*anni civilis ſumeretur. Nam (ut apparet) non* „*dies ſed noctes numerabant* „ Idem tempus ſtatuit etiam AEG. STRAVCH. *in Diſſ. de Computo Vet. Germ.* §. 20. quamvis inclinare magis videatur in Calendas Januarias, hisce verbis: „*Quod* „*auſpicium anni Celtici concernit, - - ab hyeme illud* „*deducendum eſſe putamus, tum quod menſem,* „*in quo ſolſtitium hybernum incidit*, GIVLI *vocarunt*

Olim una Epocha Germanor. a ſolſtitio hyberno.

CXXVI. a Paſchate ad Paſcha numerat. Nam Ludovicum Præſulem Magdeb. qui in Ludis Bacchanalibus repente obiit, defunctum ſcribit *anno non* (i. e. nondum) *revoluto*, & ita, quod uſu civili ad initium anni pertinet, ad ejus finem refert. vid. ap. PISTOR. T. I. p. 1354. (Edit. noviſſ.) Conf. TENZELII *Hiſt. Goth. Suppl.* II. p. 204.

„*carunt, ut in quo accidat revolutio anni; tum quod* „*in menſe, Januario noſtro reſpondente fere, ſa-* „*crificia anniverſaria maxime ſolennia offerre,* „*& ita Deos ſuos gentilitios placare atque ab iis-* „*dem felicem annum orare ſoliti fuerint Celtæ,* „*ſi non omnes, Septentrionales ad minimum; tum* „*quod ordo, quem in recenſendis anni Germ. par-* „*tibus obſervat* TACITVS, *idem inferre videa-* „*tur, tum quod diem ſolſtitii hyberni olim voca-* „*rint* MATREM NOCTIVM.„ Sed non omnia hæc argumenta æque valida ſunt & extra controverſiæ aleam; quæ jam non diſputo. Graviſſimum omnino pondus opinioni de Solſtitio hyberno accedit per argumentum BEDAE de MATRE NOCTIVM, quod a ſuperſtitione putat eſſe. Scilicet Solem, cujus tot beneficiis aperte juvari ſe videbant, veteres Germani gentiles magna religione coluerunt uti ſemper ita præcipue temporibus Solſtitiorum. De cultu quidem æſtivi ſuperſunt reliquiæ Ignis Johannitici &c. Hybernum vero (ut facile judicari poteſt) cæremonia maxime ſolenni celebratum fuit, quia tunc noctes, quæ adhuc in longiſſimum tempus creverant, paulatim minui rurſus & viciſſim nova incrementa diei dare videbantur. Quapropter etiam ab eo tempore annum oriri putarunt; uti & de antiquiſſimis Romanis tradit OVIDIVS:

Bruma novi prima, veterisque noviſſima ſolis,
Principium capiunt Phœbus & annus idem.

Poſtea

Poſtea vero varia cœpit Epochæ ratio, & jam tum tempore S. Bonifacii, Germani Romanorum veterum more annum vulgo *a Calendis Januarii* cœpiſſe leguntur in Epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium de an. D CC XLII. ubi Germani *Calendas Januarias* & Brumam ritu paganorum colere & aliquid novi facere propter *novum annum* &c. prohibentur. Potiſſimum, introducta inter gentes religione Chriſtiana, mutati mores hac in re fuerunt, & prout huic vel illi Feſto major cultus atque ſolennitas præ aliis deberi videbatur, ab eo ſimul annorum exordia ducere cœpit hominum pietas, manente nihilominus Epocha antiqua, vulgari atque civili. Ex quo intelligitur, in hac disquiſitione de annorum Epocha diſtinguendum eſſe accurate ac ſolicite modum civilem ab Eccleſiaſtico, quorum poſterior ſæpenumero ita invaluit, ut prior tantum uſu contineretur ejusque nulla extet memoria in literarum monumentis. Hæc in genere de Germanorum Epocha. Nunc, ſi quis ſpecialium populorum & nationum circa computationem anni conſuetudines conſiderare voluerit, recte mihi atque ordine acturus videtur, cum varias eorum Epochas proveniſſe ſtatuit ex imitatione vel vicinorum vel inprimis Eccleſiæ Romanæ.

Unde illa Epocharum varietas.

§. III. Inde ab antiquiſſimis temporibus Eccleſiam Romanam a Nativitate Chriſti annum inchoaſſe conſtat, pio quidem inſtituto, ut dies

ille, qui Chriſtum Solem primus ortum vidit, & a quo deinde omnium Feſtorum ſeries proceſſit, primus quoque ſit anni ineuntis. Notat GASSARVS *in Annal. Auguſt.* ap. Magnif. MENCKEN. T. I. *Script.* p. 1595. A. Eugenium IV. anno MCCCCXL. hortatu Blondi Forolivienſis Hiſt. annorum initia non amplius a Kal. Januarii, ut Julius Cæſar, aut a 25. die Martii, ut Dionyſius ordinaverat, ſed a Natalitio Chriſti feſto, numeranda ſtatuiſſe. Sed hoc de confirmatione priſcæ illius conſuetudinis, quæ ob diverſas alias Epochas clam introductas, incommoda & detrimenta ceperat, minime vero de omnium prima inſtitutione intelligendum eſt. Qui morem hunc ſecuti ſunt, forte primi leguntur ANGLOSAXONES, quippe qui a Veſperis Vigiliæ Nativitatis Chriſti annum inceperunt, vid. antiquus Index Evangeliorum in Dni SCHILTERI *Theſ. Antiqu. Teuton.* T. I. P. II. p. 63. Conf. EIVSDEM *Gloſſar.* p. 568. eamque tenuerunt Epocham usque ad tempora Wilhelmi Nortmanni Conqueſtoris, qui Gallicam ſecum intulit, Anglosque a Feſto Annunciationis Mariæ annos inchoare docuit; qui mos hodieque in monumentis ac negotiis publicis & eccleſiaſticis obſervatur, quamvis in vita civili annus a Calendis Januarii vulgo incipiat, vid. *Hiſtor. Remarques* de

Nationes, quæ Epocham Eccleſiæ Rom. a Nativ. Chriſti ſecutæ ſunt.

(g) ÆG. STRAVCH. in Diſſ. cit. fine addit: „*Reſtare videtur, ut de Epocha, quibus Germani in Annalibus ſuis uſi ſunt, quædam addamus; aſt cum certi quid de eadem nobis*

de An. MDCC. p. 3. Alii Germani magno numero etiam ſecuti ſunt morem illum Romanum, vid. in MARTENE *Theſ. Anecdot.* T. III. p. 1563. Martyrologium Morbacenſe, quod inchoat annum a Nativitate Domini, itemque p 1571. Corbejenſe antiquiſſimum. Inde erat, quod fere in tota Germania veteri Feſtum Trium Regum nominabatur *der zwölffte Tag*, & paſſim quoque aliorum dierum nomina v. g. *der achzehende Tag* indidem numerando ducebantur. Porro Annalium (*g*) conditores plerique omnes, tum antiqui tum recentiores, a Natali Servatoris annorum auſpicantur initia. Unde apud MEIBOM. T. II. *Script. Germ.* p. 317. & 319. Chronicon Magdeb. ait: *Transacto Natali Domini proximo, quo anno* MCXXXI. *ab incarnatione Domini* INCEPTVS ANNVS *erat.* Itaque Concilium Colonienſe, cujus teſtimonio jam ante uſus ſum, apud HARDVIN. T. VII. p. 1315. C. diſerte provocans ad Eccleſiæ Romanæ exemplum ſtatuit, „*ut de cætero* ANNVS *Domini* „*obſervetur*, *&* IN NATIVITATE CHRISTI „INNOVETVR a quolibet anno, PROVT SA„CROSANCTA ROMANA ECCLESIA ID OB„SERVAT, QVAE EST OMNIVM ECCLE„SIARVM CAPVT ET MAGISTRA.„ Quas ob cauſas etiam CANGIVS *in Gloſſar.* docuit,

 Chriſti

„*nobis nondum conſtet, & quæ noſtræ ſint conjecturæ in hoc* „*negotio, alibi forſan commodius explicetur.*„ Quod an Auctor præſtiterit, mihi quidem incompertum eſt.

Chriſti Nativitatem apud Germanos annum aperuiſſe. Denique nec quædam Cancellariæ aliam rationem ſecutæ fuiſſe videntur, quia ſunt penes me documenta MSS. de arce Capellndorf. anno MDVIII a Senatu Erfurt. Principibus Saxon. cum pacto redimendi vendita, ubi unius ſubſcriptio: *Sonntags nach dem Heil. Chriſttage Anno Nono.* Et alterius: *Dienſtags nach Epiphanias Domini* Anno 1509.

§. IV. Valuit ergo, imo ob reverentiam Eccleſiæ Romanæ multum ac diu valuit Epocha Romana in curiis civitatum, in Cancellariis Principum, in Annalibus Hiſtoricorum Germaniæ. Nihilominus valde vereor, ut talis computandi modus ubique & ab omnibus perpetuo fuerit obſervatus, quia veteres 1) *Diem Circumſionis Chriſti* paſſim vocant *den neuen Jahrs Tag*, item *den Tag des ingehenden Jars*, & 2) quia etiam Calendaria vetuſta, ut BEDAE Venerabilis ap. D'ACHERY *in Collect. Vet. Script.* T. II. p. 23. item Corbejenſia ex Seculo IX. & X. ap. EVNDEM c. l. p. 64. & in MARTENE *Theſ. Anecdot.* T. III. p. 1594. & Argentoratenſe Seculi XIII. quod in SCHILTERI *Theſ. Antiquit.* T. I. P. II. p. 70. habetur, annum inchoant a Calendis Januarii

Valente ſimul apud eas Epocha vulgari a Calend. Jan.

(*b*) EXIGVI cognomen (ut obiter dicam) a formæ brevitate traxiſſe fertur, ſed ſine fundamento antiquitatis. Ipſe Dionyſius in Epiſtola ad Stephanum Epiſc. quæ Codici ejus eſt præmiſſa, hoc ſibi nomen adſcripſit, ſed modeſtiæ atque humilitatis cauſa. „*Erat* enim *in illo cum doctrina humilitas, ut in nullo ſe vel extremis famulis anteferret, cum „dignus eſſet Regum ſine dubitatione colloquiis*„ prædicante

nuarii & ab *Octava Domini (von den ahten Dage)* quæ Feſtum Circumciſionis eſt; item denique 3) quia Sec. XV. Guardianus quidam in *Feſto Circumciſionis* ad populum verba facturus, pluribus dedit in ambone *novum annum*, teſte BVSCHIO *de Reformat. Monaſter.* ap. Ill. LEIBNIT. T. II. *Script.* p. 925. Ita vero Julii Cæſaris Epocha vulgaris ac civilis facta eſt apud Germanos noſtros, de quibus ideo dicendum eſſe videtur: *Etſi a Nativitate Chriſti principium anni repetebant veteres; Januarii tamen Calendæ initium novi anni erant, illud more Curiæ Romanæ, hoc more Germanico & uſu civili*, quod de Gallis ſuis in alia quidem Epocha monet MABILLONIVS *Lib.* II. *de Re Dipl. cap.* 23. p. 175. Quæ cum ita ſint, nos in Calendario Germanico concinnando, Germanicis etiam, non peregrinis moribus utamur, auſpicaturi annum a Feſto Circumciſionis.

§. V. Age, nunc de iis quædam afferamus, qui vicinorum mores circa anni exordium conſtituendum fuerunt imitati. HELVETII plerumque more Gallorum, & hi ſecundum rationem DIONYSII cognomento EXIGVI (*h*) a Feſto Paſchatos tanquam præcipuo, annum auſpi-

Nationes aliæ, quæ Epocham vicinorum receperunt.

cante CASSIODORO, ejus æquali, in Lib. *de Divin. Lect.* c. 23. Fuit hæc vox etiam aliis in eodem ſenſu familiaris. Anaſtaſius Bibliothecarius in Epiſt. ad Theodoſium Presbyt. Gangrenſem, in Opp. SIRMONDI T. III. p. 193. ita ſe ſcribit: *Anaſtaſius* EXIGVVS, *miſericordia Dei Presbyter & Monachus, ſervus ſervorum Dei.* Et p. 197. ſe vocat *peccatorem* & EXIGVVM. Nec tamen ullus unquam huic EXIGVI cognomen dare auſus eſt.

auſpicati ſunt, donec Amadeus Epiſc Genevenſis Epocham mutaret, & Calendas Januar. principium ſtatueret. Vid. HOTTINGER *in Helvet. Kirch. Geſch* P. II. p. 122. BELGAE, qui finibus Germaniæ veteris comprehenduntur, itidem quondam laborarunt Epocharum varietate, & præcipue Gallorum morem ſecuti, diu annorum initia etiam duxerunt a Feſto Paſchatos, ita quidem, ut omnibus documentis tam publicis quam privatis, quæ inde a 22. Martii ad 15. April. conficiebantur, propter Paſchatos mobilitatem adjicerent formulam: *ante Paſcha* vel *poſt Paſcha*. Quæ omnia intelliguntur ex Diplomate Philippi II. Regis de An. MDLXXV. quo, ſublata omni diverſitate, novam Epocham induxit a Calendis Januarii. Extat illud in OL. VREDII *Tr. de Sigillis Comitum Flandr.* p. 228 ſq. unde ob libri hujus raritatem, quæ huc pertinent, non poſſum non transcribere: „*Alſoo men by experientie bevonden heeft, datt er* „*vele inconvenienten ghebeurt zyn door de veran-* „*deringhe ende diverſiteyt van den datum des* „*Jaers, zedert den dach van der geboorte ons* „*Heeren Jeſu Chriſti, totter reſurrectie oft Paes-* „*dach, midts-dien dat men in eenighe quartieren* „*den datum van't* VERNIEVWEN DES IAERS „*begint, ten* VOORSDAEGHE VAN DER GHE- „BOORTE *oft* EERSTEN DACH VAN IANV- „ARIO *daernaer volghende, 'twelck den ſtyl is* „*die me ghemeenlick ghebruyckt: Andere be-* „*ghinnende't ſelue op den* PAESCH-AVONT, „*'t*

„'t welck zommighe zegghen ſtyl van den Houe „enn andere ander ſins nae den diverſiteyt van de „Bisdommen: ghelyck oock zommighe daer by „ſtellen voorzekeren tydt, te weten VAN DEN „TWE-EN-TWINTICHSTEN VAN MAR- „TIO TOT DEN VYF-THIENSTEN VAN „APRILIS daer naer-volghende, deſe worden „VOOR oft NAE PAESCHEN, 'twelck ſomtyts „de Notariſſen publicque oft privee perſoonen ver- „gheten oft laten te ſtellen in heure acten ende „Schriften: zulex dat daer deure dick wils ryſen, „queſtien, gheſchillen ende zwarigheden op de „contracten, ouderdommen, renten, penſionen - - „Ordonneren ende ſtatueren by deſen, dat voortaen „deſe diverſiteyt van den datum des Jaers binnen „alle onſe voorſz landen van herwaerts ouere ceſſe- „ren zal, ende dat DE VERNIEVWINGHE „VAN DEN DATVM DES IAERS ALTYTS „GHEDAEN ZAL WERDEN t'elcken Jaere OP „DEN EERSTEN DACH VAN IANVARIO. „- - Ghegheven 16. Junii 1575.„

Peculiarem Epocham habuiſſe olim videntur LEODIENSES, qui annos duxerunt a die XIX. Martii ſive a XIV. Calend. Aprilis. Antiquiſſimo quidem Francorum more Martius primus anni menſis habebatur, vid. MABILLON. c. 1 L. II. c. 23. §. 4. p. 172. ſed incipiens non ultra medium jam perductus. Leodienſes autem in Epiſtola, quam de differentia Quatuor Temporum, auctore (ut creditur) Sigeberto Gemblacenſi ad Trevirenſes ſcripſerunt, apud

MAR-

MARTENE T. I. *Anecdot.* p. 295. contendunt, in Martio principium anni ac ipſam creationem cœpiſſe mundi: nec Numæ computationem a Martio, nec Cæſaris a Calendis Januarii valere, nec initio Martii ſed medio annum incipere. Primam enim partem Martii magis fini quam principio anni congruere, quia revera XIV. Calend. April. fuerit primus dies ſeculi, & ita etiam initium ſit primi anni. At vero nec Leodienſes ea in re ſibi ſatis conſtabant, quia in Statutis eorum Synodalibus de An. MCCLXXXVII. in LVNIGII *Contin. Spicil. Eccleſ.* p. 557. feſta recenſentur, ſingulis annis celebranda, quorum in ordine primum eſt Circumciſionis atque ultimum Nativitatis Chriſti. Neque etiam illorum monita multum valuiſſe videntur apud TREVIRENSES, qui Eccleſiæ Gallicanæ receptam tunc rationem, auſpicandi annos a *die XXV. Martii*, id eſt, *ab æquinoctio verno* ſeu *a Feſto Annunciat. Mariæ* ſunt ſecuti. Et illa conſuetudo obſoleta adhuc hodie hæret Notariis & Scribis Trevirenſibus, quamvis vulgo ibi (ſicut hodie in omni orbe Chriſtiano) annus a Calendis Januarii incipiat, teſtante BROWERO *in Annal. Trevir.* L. XVIII §. 97. p. 258. Idem quondam in Comitatu Marchiæ fuit anni exordium, ut patere arbitror ex clauſula, quam apud MEIBOM. T. I. p. 409. in fine Chronici Marcani vetus adjecit Librarius illius regionis:

Millenus ter centenus ſimul octoque genus
Quar-

Quartus *inceptus nati Domini fuit annus*,
Decimus *Aprilis* ſcripti fuit ultima finis.

Quamobrem autem antiqui Feſtum Annunciat. conſtituerint exordium anni, hæc fuiſſe cauſa videtur, quoniam mos erat vetus & religioſus, annos a tempore incarnationis Chriſti inchoare, jam vero incarnationem a tempore conceptionis potius quam nativitatis repetendam eſſe aliqui putabant.

§. VI. Ex his paucis liquet, quantopere fallantur, qui unicam Germanis aſſignant Epocham, & promiſcue atque indiſtincte, annos in Germania Medio Ævo ſemper a Nativitate Chriſti cœpiſſe, docent; quamque caute ac prudenter verſari debeamus in dijudicandis annorum apud diverſas Nationes initiis, quia certa & unica non ubique & ſemper valuit inchoandi ratio. Inſuper etiam hæc noſſe proderit & juvabit ad conciliandas, quæ circa unam eandemque rem crebræ ſunt, annorum diverſitates auctorumque diſſenſiones; ſicut in ſuis ſcriptis paſſim docuit, ſæpe tentavit ac feliciſſime præſtitit B. TENZELIVS.

Januarius.

I.

NOMINA DIERVM AC FESTORVM ANNI.

IANVARIVS.

§. I.

Fest. Circumcis. Christi.

FESTVM CIRCVMCISIONIS CHRISTI, a quo civiliter olim annum inchoarunt Germani, vocatur *der Jahrstag* apud DATT. p. 537. qui supplendum putat *newen*; sed loquebantur ita majores, brevitatis studiosissimi. Sic in Cod. Dipl. ad TOLNERI *Hist. Palat.* p. 86. *an dem* IAHRSTAG, *den man nent* CIRCVMCISIO DOMINI *in Latine.* Et in WENCKERI *Contin. de Usburg.* p. 114. extat *der Jors Obent.* Vocabatur etiam *der Ebenweichtag*, quasi (*i*) ejusdem cum Festo Natalium Christi solennitatis, quoniam est Octava ejus. Sic in STEYERERI Hist. Alberti II. p. 565. *am Mentag vor dem* EBENWEICHTAG, & p. 516. *an dem Weichnachtag, an dem* EWENWEICHTAG, *und der dreyer Khunigtag.* DVELLIVS *in Excerpt. Geneal.* p. 188 sq. hæc notat: „*An dem* EWENWEICHTAG i. e. *in Circumcisione Domini. Ita antiqui Codd. MSS. aliis in cartis Ewenreich dicitur.*„ Apud DATT. p. 36. n. 24. & LVNIG. *in R. Archiv P. Spec. Cont. IV.* p. 503. *am tag des ingenden Jars,*

Jahrstag.

Ebenweichtag.

(*i*) Sic *Ebenbürtig* notat eum, qui est *æqualis dignitatis nativæ*; & *Ebenerben* sunt *coheredes.* SCHILT. *Glossar.* p. 253.

Jars, den man nennet den EWIGTAG, corri- *Januarius.*
gendum *den* EWENWIGTAG. Compilator In-
dicis Generalis Lunigiani p. 201. putat dici *den*
ewigen Tag. In *can.* 1. de *Conſecr. diſt.* 3. nomi-
natur *Octava Domini*, & in LEHMANNI *Chron.*
Spir. L. IV. c. 8. p. 256. *der achte Tag.* Sic in *Achte Tag.*
TENZELII *Suppl. II. Hiſt. Goth.* p. 282. *nach*
Circumciſionis Domini, den man nennet den achtin
Tag unſirs Heren. Scribit etiam Dns SCHIL-
TER. in *Gloſſar. Teut.* p. 198. vocari den *ſibenden*
Tag, pro diverſa ſcil. computatione dierum.
Quibus ritibus Calendas Januarias olim cele- *Ritus veterum*
braverint Chriſtiani, præclare intelligitur ex *Chriſtianorum.*
Fauſtini Epiſcopi Sermone, quem Acta San-
ctorum Menſ. Januar. T. I. p. 3. recitant, ubi
hæc verba: „*In iſtis diebus* (ſcil circa Kal. Jan.)
„*etiam aliqui baptizati* (more paganorum) *ſu-*
„*munt formas adulteras, ſumunt ſpecies mon-*
„*ſtruoſas. In quibus quidem, quæ primum riden-*
„*da ac potius dolenda ſint, neſcio. Quis enim*
„*ſapiens credere poterit inveniri aliquos ſanæ*
„*mentis, qui cervulum facientes in ferarum ſe ve-*
„*lint habitus commutari? Alii veſtiuntur pellibus*
„*pecudum, alii aſſumunt capita beſtiarum, gau-*
„*dentes & exultantes, ſi taliter ſe in ferinas ſpeci-*
„*es transformaverint, ut homines non eſſe videan-*
„*tur.* & c. *Jam vero illud quale vel quam turpe eſt,*
„*quod viri nati tunicis muliebribus veſtiuntur &*
„*turpiſſima demutatione puellaribus figuris virile*
„*robur effeminant?* & c.„ Quilibet facile me-
cum hic agnoſcet ſpeciem larvati temporis, quod

Januarius. adhuc hodie inter Christianos ante initium Quadragesimae Jejunii peragitur. Et hic locus conjecturam Balmii, quam post Festum Purificat. Mar. allegavi, egregie confirmat. Alia conferuntur veterum Slavorum instituta legenda in eisdem Actis T. I. Mens. Jan. p. 653. in Vita Henrici Suibus Limensis ad an. 1165. „ *In Slavia, ubi ipse ordinatus erat, antiquitus locis ipsis Calendis Januarii, quae adolescentes stolidi maximis agere & amentiae plenissimis, quas amant, festum quoddam, id est, carminibus deprimunt & dulcia edere carmina ac modulos quosdam, quantaque maxima possunt arte & industria, ut amica sua quandam ipsis coronam praesient.* „

§. II.

Fest. Epiphan. FESTVM EPIPHANIAE appellatur quoque saepissime *der Oberstag*, item *der Oberste* & *der heil. Oberste*. Sic in Caroli IV. Dipl. *des nechsten Mittwochens nach dem achten Tage des* HEIL. OBERSTEN TAGES, apud Dn. STRVVIVM *in Hist. und Polit. Archiv.* P. I. p. 35. & 37. In Dipl. Comburg. de an. 1460. *am Samstag nechst vor dem* HEYLGEN OBERSTEN. In FRISII *Chron. Herbip.* ap. Dn. LUDWIG. p. 707. *am Mitt-*

Oberstag, der Oberste.

(k) Nemo existimabit, nomen *der Heil. Oberste Tag* propter adjectionem *ze Wihenachte* ad Festum Nativitatis Christi pertinere. Solent enim vetteres ac minora festa adjicere majorum, quae praecedunt, nomina. In Postilla veteri, quam superius citavi, fol. 29. eodem modo: *nach dem ar-*

sten

Mittwochen nach dem HEILIGEN OBERSTAG *oder nach* OBERSTEN. In Dni LVNIGII *Corp. Juris Feud.* T. I. p. 1611. *Anno 1355. ze* OBERIGSTEN. Item in Dipl. Comburg. de an. 1440. ap. Dn. MENCKEN. T. I. p. 474. A. citatur Abbas *vff den nächſten Dienſtag nach dem* HEIL. OBERSTENTAG; & ſubſcriptio eſt: *am Sambſtag nach dem Heil. Jahrstag.* Maximilianus I. Imp. ad Pfeffingerum, Friderici Sap. Cubicularium profeſſus eſt: *daſs er ſich auffs längſte auff den achten des* OBERSTEN *nach Franckfurt erheben wolle*, quod Ill. SECKENDORF. *in Hiſt. Lutheran.* L. I. p. 42. prudenter explicat: *ſe iter Francofurtum circa Octavam feſti* EPIPHANIAE *facturum.* Sed die 12. Jan. & ita pridie illius Octavæ Optimus Imperator deceſſit. In Poſtilla veteri Germ. Bibliothecæ Paulinæ Lipſ. (an. 1480. ap. Anton. Sorgen Auguſtæ impreſſa) lectio in Feſto Triúm Regum inſcribitur: *An dem* OBERSTEN *lectio.* Ibid. fol. 31. *an dem achten des* OBERSTEN *der* HEYLIGEN DREY KVNIG. Sic quoque explicandus eſt locus apud DATTIVM p. 44. n. 19. & p. 186. n. 12. *Mittwoch zenägſten nach dem Hailigen* OBEROSTEN TAG (k) *ze Wihenacht.* Conf. LVNIGII *R. Archiv. Part. Spec. Contin.* IV. P. I. p. 210. & 211. Sed *Januarius.*

 nihil

ſten Suntag nach dem OBERSTEN ZV WEYHENNAECHTEN. In WENCKERO *de Viburg.* p. 53. *an dem Durnſtag vor dem zwentzigeſten Tage zu Wihenacht.* Durat enim adhuc per eos dies cultus, memoria & ſolennitas S. Nativitatis. Idem fit de Feſto Paſchali, c. 8. diſt. 76.

Januarius. nihil opus eſt longiori explicatione vocis nec nimium obſcuræ & hodie quoque paſſim frequentis. Quo magis miror B. SAGITTARIVM *in Hiſt. Goth.* p. 408. *Donnerſtag nach dem* OBERSTAG vertiſſe *die Jovis poſt Feſtum* PASCHATOS. Vid. TENZEL. *in Suppl.* II. p. 155. Sagittario adſtipulari non dubitat Vir Hiſtoriarum ac Diplomatum peritiſſimus Dns a LVDEWIG *in Reliqu.* MSSt. T. VI. p. 414. his verbis: *Quis ille ſupremus dies*, OBERSTEN TAG? *Num* OBIRSTEN *quaſi contracte* OSTERN? Eadem chorda oberrant multi alii. Vid. Codex Dipl. ad TOLNERI *Hiſt. Palat.* p. 93. Item in J. du MONT *Corps Diplom.* T. I. P. II. p. 152. notatur: *aut intelligi* OSTERN aut *le Vendredi Saint, diem Mortis Chriſti.* Apud nos hoc Feſtum dicitur *das groſſe Neue Jahr*, quia ſolennius olim celebratum fuit, quam Feſtum Circumciſionis. Hoc enim quaſi Judæorum proprium fuit, illud vero ad omnes ſimul gentes pertinuit. Recte GODOFR. ILMANNVS *in Faſtis Chriſt.* MSC. p. 22. „*Quia hodie primitiis magnæ gentium „multitudinis magna ad Chriſtum inveniendum „janua aperiri cœpit, quas poſtea per prædica-„tionem Apoſtolorum catervatim ſequuta eſt omnis „gentium plenitudo.*„ Præcipiunt etiam Conſtitutiones, quas Apoſtolicas dicunt, L. V. can. 13. *Epiphaniæ dies ſit vobis in maximo honore, quo die Dominus propriam divinitatem oſtendit.* Eadem ratio eſt nominis *des Oberſten Tages*, (cujus derivationem ignorare ſe profitetur

Große Neue Jahr.

IL-

ILMANNVS c. l.) quaſi prima dies anni ſolenni- *Januarius.*
or, ſi annum a Feſto Circumciſionis ordimur; quod novum argumentum de Epocha veterum Germ. a Calendis Januarii. Dns SCHILTERVS *in Gloſſar. Teut.* p. 641. *Oberſten* vertit *Magos*, *Tres Reges*. Sed hanc explicationem rei ac ſenſui male convenire, Lector ex allegatis a me exemplis judicabit.

Porro non infrequens eſt in monumentis Auſtriacis nomen der *Perchtag* item *Prechtag*. *Prechtag.* In HVEBERI *Auſtria* p. 47. dicitur *der Perchtag* & p. 54. *der Precht Tag*, item p. 55. *der Pericht Tag*, p. 75. & 100. *der Prehen Tag*, item *der heyl. Prechen Tag*. Occurrit etiam in LVDWIGII *Reliqu.* MSS. T. IV. p. 62. *der Perchtag* & in STEYERERI *Hiſt. Alberti* II. p. 93. *der Perchten Abend*, item in DVELLII *Excerpt. Geneal.* p. 14. *der Prehentag* & p. 226. *der heilige Brehentag*. HVEBER *in Append.* I. p. 269. & DVELLIVS c. l. p. 86. itemque STEYERER p. 93. & 378. explicant de Feſto Epiphaniæ Domini ſive SS. Trium Regum, neque vero addunt obſcuræ vocis originem. Derivanda mihi quidem videtur a *brehen*, *brechen*, *ſplendere* (unde factum *Brecht* & a recentioribus *Bracht*, vid. SCHILTERI *Gloſſar.* p. 100) id eſt, a ſolennitate, pompa & apparatu, qui tunc adornari conſuevit. Hoc docet BARONIVS *in notis ad Martyrol.* p. 23. his verbis: „*Celeberrimum ſemper fuiſſe* „*Chriſtianis ſolennitate hoc feſtum, declarat Cæ-* „*ſarum præſentia, adeo ut ne quidem impii Prin-*

Januarius. „cipes ab ea celebritate abeſſent; ſicut Julianus „Apoſtata, teſte AMMIANO L. XXI.„ Conf. CANGIVS ſub *Stellæ Feſtum.* Teſtatur etiam HOSPINIANVS *de Feſtis Chriſtian. fol.* 29. b. in feſto Epiphan. in Gallia & Germania obſervari per Academias & urbes a Studioſis & civibus, ut aliquem ex ſeſe Regem ſorte creent, cui apparetur magnum convivium, in quo cæteri ipſi tanquam Regi & ſimul hoſpiti miniſtrent.

der zwölffte Tag. Ex numero dierum, qui a Feſto Nativitatis Chriſti intercedunt, nominatur hic dies *Twelfstandaeg* ab Anglo-Saxonibus, item *der hillige tag tho* TWOELFFTEN in Chron. Brem. A Epiſc. MSC. (Bibl Menck.) & in RETHMEYERI *Chron. Brunſvic.* p. 700. item *der* ZWELFFTE TAG *unſers Herren* in Dipl. Oldesleb de an. 1357. In SCHANNATI *Clientela Fuld.* p. 337. *am Mittwoche nach dem* ZWELFFTEN. In MEINDERS Tr. *de Judiciis Centenar* p. 275. *Dienſtags nach den* ZWOELFFEN. In RETHMEYERO c. l. p. 662. ſubſcribitur Diploma: *in den* HILGEN TWELFTEN, quod feſtum Auctor ibi poſtpoſuit Dominicæ Miſericord. Domini. Et p. 691. *an dem heiligen Tage to* TWOELFTEN explicavit *am Weihnachtstage.* Item in SCHLOEPKENS *Chron. Bardewic.* p. 287. habetur: *binnen den achten Dagen thowolfften*; ubi Auctor adjicit: *Die ſo genannte* ZWOELFFTEN *machen des Jahrs Ausgang und Anfang.* Quæ quidem obſervatio quomodo ſit hujus loci, aut quomodo defendi poſſit, non intelligo.

Scio,

Scio, plerosque anni exordium olim a Feſto Nativitatis Chriſti (*von dem Eintritt der zwœlff Naechte*) duxiſſe; ſed quid hoc ad rem? Nunquam enim veteres a Feſto Epiphanias, nedum ab Octava ejus, quam habet ſubſcriptio, annum inchoarunt. Longius etiam a veritate rei aberrat & a ſemet ipſo diſſentit Dns IOHANNIS *in Rer. Mogunt.* T. I. p. 674 quando *die nechſte Mitwoche nach dem* ZWOELFFTEN, *den man nent den* OBIRSTEN, interpretatur: *proxima Mercurii poſt* HYPAPANTEN, i. e. Feſtum Purificat. Mariæ, & p. 729. *Mitwochs allernæchſt nach dem 12. Tage: poſt incipientis anni ſolennia.* Porro in I. du MONT *Grand Corps Diplom.* T. I. P. II. p. 16. occurrit: *Sammeſtag vor den* ZWOELFFTEN TAG & *an dem nechſten Suntage vor den* ZWOELFFTEN TOGE. Vbi ſic annotatum reperio: *Ces deux dates ſont difficiles a dechifrer. Le calcul n'y ſuffit pas. Il faut neceſſairement recourir aux conjectures.* Aſt, quæ afferuntur, inanes ſunt conjecturæ, quoniam ibi hic dies duodecimus habetur pro XII. Januarii. Varie ac miſere ſe torquet Auctor, vexat locum conjecturis & in errores ſuos implicatur. Diem certiſſime nobis declarant loca quæ ſequuntur. In SCHILTERI *Comm. Juris Feud. Alem.* p. 600. & 602. *nach dem heiligen* ZWOELFFTEN TAG *nach Weihenachten.* Apud WENCKER. *in Collectis Archivi Jurib.* p. 59. *zum* ZWELFFTEN DAGE *nach den nechſten Wihenachten.* Conf. SCHILTERI *notas ad Kœnigshov.* *Januarius.*

Januarius. *hov.* p. 932. Diploma MSC. Landgraviorum Thuringiæ de an. MCCCLXIX. de oppignoratione Sangerhuſæ: *zwiſchen hie und den* ZWELFTEN TAGE, *den monnennet* EPIPHANIE. Conf. LVNIGII *R. Arch. Part. Spec. I. Theil.* p. 583. item in *Spicil. Secul.* P. I. p. 389. ſq. In Dni LVDWIGII *Rel.* MSS. T. V. p. 171. *nach der heil. Dreyer Konige Tage und des* ZWELFFTEN. In Germania Inferiori ac Belgio nominatur (uti revera talis eſt in Eccleſiis Occidentalibus) *der dreyzehnde Tag*, vocabulo tamen pro dialecti varietate corrupto. In WASSENBERGII *Hiſt. Embricenſi* p. 116. *des Donnersdags nae* DARTHÜNDAG, & p. 72. *op den* DARTIENDEN DAGH. Item in Cod. Dipl. ad TESCHENMACHERI *Annales Cliv. Jul. & Mont.* p. 22. *op dertien avent*; ibidem p. 53. *des Donnersdages naeſt nae Middags* DRVTTIENDE DAG *geheiten Epga* (ſcrib. *Epya* i. e. Epiphan.) *Domini.* Sic enim ibidem p. 69. *op den hilligen* DRVTTEYDDEN DACH *geheiten in deme Latine* EPIPHANIA DOMINI. Angli quoque: *Thedertien Dayes* ajunt, FR. IVNII *Nomencl.* p. 553. Mira prorſus extat explicatio in VREDII *Geneal. Comitum Flandr.* P. II. p. 100. *Datæ erant ipſo feſto* (Heyliger DERTHIEN DAGE) *id eſt Sanctorum tredecim dierum poſt Epiphaniam.* Quem locum ita VREDIVS, ipſe Belga, ex PON-

der dreyzehnde Tag.

Dartien dagh.

(l) In hoc nobili Dipl. *Eliſabetha*, ultima Degeneris Alberti uxor (quod adhuc ignorarunt Scriptores noſtri) PRVTHENA

PONTANO recenſet & ſine nota transmittit. *Januarius.* Inde porro numerantur dies, *am Dinſtage nach dem* ACHZENDEN TAGE *unſers Herrn* in SCHANNATI *Client. Fuld.* p. 220. item *am Montage nach dem* ACHCZENDEN TAGE in Dipl. MSC. quod continet teſtimonium de Iudicio criminali in Camburg de an. MCCCXCVIII. item *in dem* ACHZEHENDEN TAGE *nach des hailigen Chriſts Tage* in Friderici Admorſi Dipl. MSC. (*l*) de an. MCCCXXIV. Vlterius etiam legitur *an dem Durnſtag vor dem* ZWENTZIGESTEN DAGE *zu Wihenacht* apud WENCKER. *de Vsburg.* p. 53. quæ eſt Octava Epiphaniæ.

§. III.

DIES LVNÆ poſt TRIVM REGVM a Belgis vocatur *verlooren Maendagh*, eo quod conviviis, luſu & jocis perdatur, v. KILIANI *Etymol.* Item *vercooren* ac *verſwooren* ſive *geſchwooren Maendagh*, quoniam in Belgio Magiſtratus illo plerumque eliguntur ſuique officii præſtant jusjurandum. *Verlooren Maendag.* Apud Argentoratenſes ſolennis ab antiquo eſt conſuetudo, ut, poſtquam die IV. Ianuarii (*in der ſogenannten* CHVR-NACHT) novi Magiſtratus electi ac ſurrogati ſunt, die XI. Ian. literæ, quibus anno MCCCCLXXXII. conſtituta & adhuc confirmata publici regiminis formula perſcripta eſt, in atrio templi Ca- *Chur-Nacht*

 the-

THENA nominatur, de qua Commentationem ſcribere inſtituit Dns. M. HENR. GOTTL. FRANCVS, Variſcus.

Januarius. thedralis a Syndico Civitatis recitetur, & tunc primo Prætor Conſuli, deinde Conſul ac Senatus cum Aſſeſſoribus & Scribis, tandemque populus univerſus, detectis capitibus, digitis in cœlum erectis, Prætori præſtent fidei & obſequii jusjurandum; quod vocant *den Schwör-Tag, diem juratorium Magiſtratûs & Civium*, cujus ſolennitati non raro Principes Magnatesque vicini ſolent intereſſe. *Hiſt. Remarques* de An MDCCI. p. 26. & 29 Huc ſpectat locus, quem DIETHERRVS *in Addit. ad* BESOLDI *Theſ. Pract.* p. 462. *artic. Kinder*, procul dubio ex antiquis legibus exſcripſit: „*Zu Straſsburg wird einer „mit drey Schilling verehret, ſo er ſelbiges Jahres ein Kind erzielet, und zwar acht Tage nach „den* SCHWERTAG.„

Schwör-Tag apud Argentoratenſes.

§. IV.

Dies Felicis in Pincis. Dies XIV. Ianuarii ſacer eſt FELICI Epiſcopo Nolanō cum additamento *in* PINCIS, quod corrupte in plurimis libris legitur in PINEIS. Loca colligere nec juvat nec vacat. Vid. tamen Chronicon Montis Sereni ex Edit. Illuſt. MENCKENII noſtri T. II. *Scriptor.* p. 213. ubi omiſſum a Madero reſtituit Codex Plothianus, ſed etiam falſo: *in Pineis.* Auſim huc referre corruptiſſimam ſubſcriptionem ex Dni LVNIGII *Corp. Iuris Feud.* T. II. p. 1559. *am Donredage uſa Felicis inn - - - tis*, & legere confiden-

(*m*) Dicuntur etiam dies Quinquageſimæ *die verbottene Zeit* in BARTHOL. SCHOENBORNII *Computo Aſtron.* quia

denter: *nba* (poſt) *Felicis in Pincis.* De loco hoc in *Pincis*, ubi Felix ſepultus eſt, diſputatur in Actis Sanctor. Menſ. Ian. T. I. p. 940. *Ianuarius.*

§. V.

DOMINICA SEPTVAGESIMÆ in PEZII *Scriptor. Auſtr.* p. 1138. dicitur *der Tag vncz daz man* ALLELVIA NIDERLEGT. Gloſſa ad Lehn-Recht c. IV. §. Nota: *Vnd das Advent, vnd darzu die LXX. Tage von der Zeit, da man* DAS ALLELVIA HINLEGT, *biſs ausgehent den Oſtern.* Nam Alexander II. Papa in Synodo Mantuana ſtatuit, Alleluja inde a Dominica Septuageſimæ usque ad Reſurrectionis feſtum non cantandum in templis, v. GASSARI *Annales Auguſt.* ap. Dn. MENCKEN. T. I. p. 1399. B. BARONII *Annal.* ad an. MLXXIII. Conf. omn. *can.* 55. *de conſecrat. diſt.* 1. Latine alias vocatur *Alleluja claudere* ap. CANGIVM, item *dimittere.* Cauſam refert HOSPINIANVS *de Feſtis Chriſt.* fol. 32. b. ita: „*Per Septuageſimæ tem-*„*pus ſignificatur Pontificiis deviatio, exilium &* „*afflictio humani generis ab Adamo usque ad finem* „*mundi. Vnde & toto hoc tempore* CANTICA LÆ-„TITIÆ INTERMITTVNTVR." Alia quædam ratio affertur in Poſtilla veteri German. ſuperius allegata, fol. 43. ad hanc Dominicam: „*Hewt* „*geet an die gebunden (m) zeit der ſiebenczig ta-* *Domin. Septuageſ. da man das Alleluja niderlegt.*

ge,

(m) quia per eos omnis muſica, omnis cantus lætitiæ ceſſare debet.

„*ge, darinn wir begeen die Gefancknuſs vnn daz* „*ellend, das dye Kinder von Israhel in der alten ee,* „*do die altväter gefangen waren czu Babilonia ſi-* „*benczig Iar.* Do lieſſen ſie das frolich geſang „Gotes in frembden landen. *Das waz ein fi-* „*gur der heyligen czeit, do wir hewt eintreten.* „In den tagen ſollen wir nit ſingen das Allelu-ja „ GAVANTVS *in Theſ. Rituum* T. II. c. 9. p. 105. ait: *Deponetur in Septuageſima Alleluja, bis eo cantato & repetito in fine primarum veſpe-rarum Dominicæ.* Ita quoque habet Expoſitio „antiqua Feſtorum MSC. „*Ideo autem ad veſpe-* „*ram hoc eſt in fine diei Alleluja deponitur, quia* „*in fine vite poſt laborem unusquisque ad requiem* „*cum cantu Angelorum fertur.*„ Vulgo etiam hæc Dominica nomen gerit ab introitu officii ſive miſſæ: *Circumdederunt*, v. Chron. Mont. Ser. ad an. MCCII. In B. TENZELII *Suppl. II. Hiſt. Gothanæ* p. 143. ita ſubſcribitur: Anno MCCCLV. *an dem Suntage* circumdederunt, *als men dye Meyde verbutet.* Riſum prope mo-vent

Dominica Circumdederunt, als men die Meyde verbutet.

(n) Contendere auſim atque in me recipere, antiquam vocem *Butteil* ejusdem eſſe derivationis. Plerique ducunt quidem a voce *Beut, exuviæ*, quia mortuarii exactio ſit quaſi *exuviarum & prædæ inſtar* Domino. v. Dns POTGIESER *de Servis Germanor.* L. II. c. 2. §. 4. p. 176. Sed 1) *mortuarium & Butteil* inter ſe differunt. Illud enim poſt mortem mariti præſtatur per optimum animal, hoc vero mortua uxore per pretioſius veſtimentum. 2) *Exuviarum* nomen, quod in hac materia occurrere ſolet, & quod auctoribus derivationem a *Beute, præda* ſuppeditavit, notat *veſtimenta.* Recte itaque Dns ESTOR *de Miniſterial.* p. 131. not. *Butteil* explicat NVPTÆ *donum*, quod Domino in caſum mortis

vent verba poſtrema Lectori. TENZELIVS *Ianuarius.*
ipſe c. l. addit: *Quid ſibi velit mirabilis hæc diei Dominicæ appellatio, aliis relinquo explicandum.* Sed vix riſu digna ſunt verba, ſi ſerio & accurate conſideres, quia produnt (ut opinor) veſtigia moris antiqui. Extat Canon Gelaſii, in „quo præcipitur: „*Devotis Deo virginibus, niſi „aut Epiphaniorum die, aut in Albis Paſchalibus, „aut in* APOSTOLORVM NATALITIIS SA„CRVM VELAMEN *minime* IMPONATVR„ *can. 11. cauſ. 20. qu. 1.* Itaque formulam: *die Meyde verbuten* (*n*) accipio *de nubendis ſive velandis ad religioſam vitam virginibus.* Nam propter *Natalitium Apoſtoli*, id eſt, propter *diem Converſionis Pauli*, ea Dominica tunc ſecundum Canonem *velabantur virgines.* Vocant autem Natalem ſive Natalitium eum quoque diem, quo rei alicujus initium ac memoria celebratur, vid. CANGIVS. Lectoris per omnia ſit judicium.

FE-

mortis erat ſolvendum ſive præſtandum; in eo tamen fallitur, quod dictum putet quaſi *Braut-* vel *Brutteil.* Hæc enim duriuſcula foret derivatio. Non ingrata Lectori erit hæc digreſſio, tum quia probabiliorem vocis *Butteil* derivationem monſtrat, tum quia meam de verbo *verbuten* conjecturam confirmat. Affinis hujus verbi ſignificatio in ZACH. GARTZENS *Hiſt. Brandenb.* MSC. occurrit, & quidem in Edicto Alberti I. *Elect. Brand.* quo pax publica in Marchia ſancitur de An. M CCCC LXXII. ubi jubentur omnes incolæ: *der Beſchediger hafe tho* VERBVTEN, i. e. bona raptorum præſidio interea *tegere & cuſtodire*, donec Judicum auctoritate vindicentur.

Februarius.

FEBRVARIVS.

§. VI.

Feſt. Purificat. Mariæ. FESTVM PVRIFICATIONIS MARIÆ ſive CANDELARVM apud LEIBNIT. T. I. *Scriptor. Rer. Brunſvic.* p. 819. dicitur *dies Mariæ Cerealis.* Apud Germanos communis hodieque uſitata appellatio eſt *das Feſt unſer leuen Vrowen alſo to* LECHTMISSEN, apud EVNDEM T. III. p. 433. item *vnſers Herrn* LICHTMESS-TAG ap. Dn. LVDWIG. *in Script. Wurzburg.* p. 731. Apud Danos *Candelmeſs.* De nomine *unſer Frauen Lateren Tag*, quod perperam hujus feſti eſſe creditur, infra ſub Feſto Mariæ Nativ. agemus. Porro in Dipl. Chomburg. de an. MCCCLXXXI. dicitur *unſer Frauwen Tag* KERTZWEIHE. Apud DATTIVM p. 36. *unſer Frown Tag* KERZWIHY. In LVNIGII *R. Archiv. Part. Spec. Contin. IV.* P. II. p. 482. *unſer Frauen Abend der* KERSSWEYHE. In EIVSDEM *Spicil. Secul.* P. I. p. 391. legitur: *Sonnabend vor der* CREVTZWEIH, ſed corrigendum: *Kertzweih.* Porro in Diplom. Iohannis Com. Sponheim. de an. MCCCXXXI. eſt: *vnſer Frauen* KERTZMESSE, in SCHILTERI *Gloſſar. Teuton.* p. 583. Belgæ vocant *den Kersdag.* In RVDOLPHI *Gotha Diplom.* P. II. p. 274. invenio: *am Sonnabend nach dem* KRISNITAGE, ubi equidem *Kerzwitag* ſive *Kerswitag* legendum exiſtimo. Græculi hoc feſtum dicunt ὑπαντὴν ſive ὑπαπαντήν. MEVRSIVS *in Gloſſar. Græco-Barb.* Quod nomen etiam interdum La-

Lichtmeſſe.

Kertzweihe.

Kersdag.

Latini uſurpabant. Sic in Chron. S. Ægidii ap. LEIBNIT. T. III. p. 573. Ὑπαντὴ *Domini*, *id eſt*, *feſtum Purificationis*, *hoc* & FESTVM LVMINVM *dico*. Apud DITMAR. MERSEB. *ibid.* T. I. p. 375. IIIj. *Non. Febr. id eſt* ὑπαντὴ *Domini*, *id eſt*, *obviatione juſti Simeonis*. In Dni IOHANNIS *Scriptor. Mogunt.* T. I. p. 672. *feria 5. ante Hypapantes*. In *Chron.* ALBERICI ap. LEIBNIT. *in Acceſſ. Hiſt.* T. II. p. 63. a recentiore manu, neſcio cujus, explicatur *Epiphania*, quod miror. *Februarius.*

§. VII.

INEVNTIS QVADRAGESIMAE HEBDOMAS apud Anglo-Saxones *Cyswuca* dicebatur, id eſt, *Hebdomas caſta*, explicante SCHILTERO *in Theſ. Antiqu. Teut.* T. I. P. II. p. 64. vocabulo pio ac modeſto, quod veterum per id tempus caſtimoniam, ſanctitatem & abſtinentiam ab omni turpitudine ſatis indicat. Sequentium vero ſeculorum corruptela immanem ſtragem bonis moribus intulit, & cum luxuria luxurioſa quoque nomina invexit, ſicuti dies hujus Hebdomadis declarant. Et notavit BALVZIVS *ad Reginonem de Diſcipl. Eccleſ.* p. 564. Bacchanalia, quæ præcedunt Quadrageſimam, translata eo eſſe a Natalitiis ſeu Calendis Januarii, utpote quæ apud Chriſtianos olim, more gentilium, turpiſſima luxuria, larvatis item graſſationibus erant non ſolennes ſed infames, vide ſupra §. I. Scilicet deinde commodiorem in ſtatum *Cyswuca.*

res

Februarius. res perducta eſt, leviorque viſa turpitudo, poſtquam rigore jejunii ſequentis excuſari cœpit.

§. VIII.

Dom. Eſto mihi. Faſtnachts-Sonntag. DOMINICA ESTO MIHI vocatur *der Faſtnachts-Sonntag* in Inſcript. Lipſ. p. 149. num. 546. & in SENFFII *Hiſt. Stolpenſi* p. 109. item *Dominica ante Cineres* in ALBERICI *Chron.* ap. LEIBNIT. p. 507. item *prima Dominica, quæ eſt ante Caput Jejuniorum* in Concil. Narbon. an. MLIV. Germanice *Sonntag vor den Faſchung* in *Feiſte Sonntag.* HVEBERI *Auſtria* p. 65. Porro *der feiſte* (o) *Herren Faſtnacht.* *Sonntag*, item *der Herren Faſtnacht* in WIDEMANNI *Chronico Curienſi* MSC. ad an. MCCCXCV. In STEYERERI *Hiſt. Alberti* II. p. 666. promittunt quidam ſub dato *des nachſten Suntags vor* HERREN VASNACHT, ſe in cuſtodiam venturos *uf den nachſten Weiſſen Suntag.* In Poſtilla veteri, ſuperius aliquoties citata, fol. *Pfaffen Faſtnacht.* 48. eſt: *an dem Suntag der* PFAFFEN VASSNACHT

(o) FEISTE vocatur a pinguedine & butyro, cujus eſus tunc adhuc permittitur ante Quadrageſimam, & quia eo pinguiſſimas varii generis placentas faciunt. Poſt id tempus coepit eſſe peccatum mortale. In VOGELII *Annal. Lipſ.* p. 83. *daß Niemand bey Chriſtlichen Geborſam und einer Todt-Sünde die Heil. Faſte durch und in anderen gebothenen Faſtel-Tagen, Milch Speiſe, das iſt, Butter, Kæſe und was von Milch oder mit Milch gemachet iſt, gebrauchen oder eſſen ſolle.* Et talis peccator gravius puniendus cenſetur, quam fur, latro, adulter aut quivis facinoroſus. Jam dies præcedens Sabbathi appellatur *der veitzte Sonnabend vor Vasnacht* in Dni SCHANNATI *Client. Fuld.* p. 360.

item

NACHT *genannt.* Conf. not. SCHILTERI *ad* KOENIGSHOV. *Chron.* p 803 & CANGIVS ſub *Carniprivium.* Hic dies enim eſt Clericis quaſi vigilia Jejunii Quadrageſimalis, quod ſequenti mox die ab iis inchoatur. Et in hoc, ſicut in aliis omnibus, Clericos a laicis eſſe diſtinctos voluit antiquitas, ceu patet ex Attonis Ep. Vercell. Capitulari c 64. ap. D'ACHERY T. I. p. 408. „ *Septem hebdomadas plenas ante S. Paſcha omnes* „ *Clerici, in ſortem Domini vocati, a carne & de-* „ *liciis jejunent. Quia ſicut diſcreta debet eſſe* „ *vita Clericorum a laicorum converſatione, ita* „ *& in jejunio debet fieri discretio.* „ Ibid. p. 732. „ *ut poſt diem Dominicam ante Cineres usque ad* „ *Paſcha carnibus non utantur* „ HOSPINIANVS *de Feſt. Chriſt.* fol. 38. „ *In ipſa,* inquit, *Do-* „ *minica Quinquageſimæ peccatur etiam a Clericis* „ *crapula, ebrietate, luſibus & luxuria, ad jeju-* „ *nium, quod ſequenti die inchoant, ſeſe egregie* „ *præparantes. Unde & hæc Dominica a Ger-* „ *manis vulgo der* HERREN FASTNACHT, *hoc* Februarius.

D eſt,

item *der ſchmaltzige Samſtag* in WERLICHII *Chron. Auguſt.* P. II. p. 228. quod GASSARVS in MENCKEN. *Script.* T. I. p. 1682. A. vertit *butirosum Sabbatum.* Imo etiam dies Iovis non poſt (ut opinor) ſed ante Eſto Mihi apud Gallos vulgo nominatur *Jeudi gras*, Italis *Giove di graſſo.* Rationem affert Dns IO. CHR. NEMEITZ *dans le Sejour de Paris* (Edit. noviſſ. 1728.) cap. 23. p. 189. De alio nomine *der wenige Rinn-Abend* vide conjecturam meam paulo poſt not. (*q*) In Terra Tyrolenſi vocari audio *den unſinnigen Phintztag*, ab inſana graſſatione vel voracitate plebis, *da ſich einer neunmahl voll freſſen muß*, ut habet vulgare ibidem proverbium.

Februarius. „eſt, CLERICORVM (p) *ſive* DOMINORVM „BACCHANALIA *appellatur.*„ Quam ſcelerate autem atque impie jam olim hac die vixerint Clerici, ex Chronico Curienſi MSC. c. l. manifeſtum eſt, ubi aliquot Sacrificuli de ſcorto palam usque ad vulnera digladiabantur, *ſie ſchlugen ſich um die ſchœnſte Hur.* Sic eadem die anno MCCCC LXXVII. Auguſtæ Sacrificulus puellam violavit, quem deinde Magiſtratus ſecularis, memorabili ad poſteritatem exemplo, per ſuos lictores cepit, catenisque in publico foro decuſſatim vinctum transmiſit Epiſcopo, vid. GASSARVS c. l. p. 1687. ſq. Imo vero de Abbatiſſa Tigurina quoque teſtatur HOTTINGER. *in Helvet. Kirchen Geſch.* P. II. p. 696. „*Mit was Andacht die groſse Faſten angehebt* „*worden, iſt unter anderem auf dem zu ſehen,* „*daſs An Chr.* 1433. *zu Zürich ſelbſt die Aebtiſſin* „*zum Frauen Münſter ſamt Herren Fredrich von* „*Heuen Nachts vermumt mit zimlichen Vnweſen* „*in der Stadt herumgeloffen, ſo daſs ſelbige Wo-* „*chen nicht unrecht die* TAVBE (VNSINNIGE) „WOCHEN *genennet worden.*„ Quod in gratiam exterorum ita verto: „*Qua pietate ac re-* „*ligione Jejunium Quadrageſimale olim fuerit cœptum,*

(p) Vocabulum quidem *Herren* olim Clericis κατ' ἐξοχὴν tributum fuiſſe conſtat, vid. Dns SCHERZIVS *ad Rhythm. de Caroli M. Expedit. Hiſpan.* in SCHILTERI *Theſ. Antiqu.* T. II. p. 39. Comprehendit tamen etiam Principes & Magnates, qui hoc & ſequentibus diebus quoque varia voluptate perfruebantur. Hinc recte TOLNERVS *in Bibl. Spruch-*

„ cœptum, *inter alia exinde patet, quod An. Cor.* Februarius.
„ MCCCCXXX. *Abbatiſſa ipſa Monaſterii B. Virg.*
„ *Tigurina, ſimul cum Friderico de Heuen, no-*
„ *cturno tempore, larvata & bacchabunda per*
„ *urbem curſitaverit, ita ut illa* HEBDOMAS
„ *non immerito* MALIGNA *&* VESANA *vulgo*
„ *vocaretur.* „

Præterea dicitur hæc Dominica *der Vaſtel* Groſe Vaſtel Abend.
Avend ap. LVNIG. *in Spicil. Eccleſ.* T. II. p. 435. *vp den Sondach to* VASTEL-AVENDE. Et quia etiam dies ſequens Lunæ vocatur *Vaſtel-Avend*, ut ex BOTHONE probabo, Dominica hæc ad ejus differentiam a ſolenni Principum & Clericorum lætitia dici cœpit *der groſſe Vaſtel-Avent* apud eundem LVNIG. *in Corp. Juris Feud.* T. I. p. 1989. *op den Sondag zo* GROISS VASTAVENDT, *den man nent* ESTO MIHI. Hæc vox etiam Belgis uſitata. Vid. VREDII *Geneal. Com. Flandr.* P. II. p. 12. & 25. ubi: *groot Vaſtelavonde.* Cæterum in noſtrorum Principum Diplom. MSC. quo Fridericus, Balthaſar & Wilhelmus Catharinæ illiusque filiis Friderico & Wilhelmo urbem Sleuſingen vendunt, de An. MCCCLXXIII. occurrit inſolita hujus Dominicæ appellatio, quæ tamen prave ſcripta in Libro

„ *Spruch-Buch* p. 607. „ *Dieſer Sonntag wird daher* HER-
„ REN FASTNACHT *geheiſſen, weil die groſſen Herren und*
„ *adlichen Perſonen - - ihre Faſtnacht in groſſen vornehmen*
„ *Orten erſt angefangen, und ihre Turniere mit allerley Ren-*
„ *nen, Stechen und Ritter-Spiel gehalten.* „ Refert tamen haec ad Domin. *Invocavit* ut etiam SCHILTERVS *in Gloſſar. Teut.* p. 21.

Februarius. Copiali ſatis legi non potuit: *An Suntage Eſto Mihi genant der Rme Suntag.* Opinabatur aliquis, ſcribendum *Rwe Suntag*, dies *otioſus*, *genialis*, quo liberius ſibi indulgent Clerici. Sed poſtea certiorem ex Originali lectionem mecum communicavit Dns CRAMERVS, Secret. Dresd. *Dominica* ESTO MIHI *genant der* RINNE SONTAG (*q*), quod nomen non a voce *rein purus*, ſed a *rennen concurrere*, vocabulo rei torneamentariæ, derivandum cenſeo. Dicebant enim veteres quoque *rinnen*, *rynnen*, ut ex MONACHI PIRNENSIS avtographo (quod eſt in Bibl. Ampliſſ. Senatus Lipſ.) non ſemel obſervavi (conf. SCHILTERI *Gloſſar.* p. 685.) & hac Dominica Principes & Optimates certamina equeſtria & ludicra celebrabant. Quemadmodum in KAMMERMEISTERI *Chron. Erfurt.* MS. *ad an.* MCCCCLXV. legitur de hoc tempore: „*Inn deme LXV. Jare wardt ein Hoff* „*zw - - da dan vaſte trefflichе lute hene quamen,* „*vnd beſundern der Hochgeborne Furſte Hertzoge* „*Wilhelm von Sachſſen und die Hochgeborne Fur-* „*ſtin Frowe Katharina ſine Gemahl, Ihre Graven* „*mit Iren Vrowen &c. und* vbetin *alda* faſte hofe- „ligkeit mit der gleven, rinnen, mit ſpeerſte- „chenn *und mit allerlei froligkeit.*„ §. IX.

Rinne Sonntag.

(*q*) Ejusdem indicio innotuit mihi alius dies: DONNERSTAG, *der da heiſſet der* WENIGE RINNABEND, qui occurrit in Dipl. MSC. *Gœtzens von Melre* de An. MCCCLX. Opinor, diem Iovis intelligi, qui Dominicam Eſto Mihi præcedit, cujus aliquot nomina jam in not. (o) expoſui, & quo ludicrorum certaminum quædam erant præludia.

Id

Februarius.

§. IX.

DIES LVNAE poſt DOMINICAM ESTO MIHI vocatur *der Vaſtel-Abend* ſcil. minor, ad differentiam majoris, Dominicæ præcedentis. In IOH. LINDENBROGII *Notitia Epiſc. Daventr.* (Colon. 1670. 8.) p. 370. ita legitur: „*Item ſo ſullen ſe des* MANENDAGES *na den So-*„*nendage, to* VASTOLLAVONDE *in de Vaſten* „*gaen.*„ Qui dies fatalis fuit Ludovico AEpiſcopo Magdeb. de quo ita Chronicon BOTHONIS T. III. p. 388. ad annum MCCCLXXXII. ait: *unde was in dem* VASTELAVENDE *des* MANDAGES, *in dem dorledagen* i. e. in diebus lætitiæ. Et Chron. Bergenſe ap. MEIBOM. T. III. p. 305 *in caput cadens ita alliſus eſt, ut tertiis Bacchanalibus, cum id pridie* (i. e. die Lunæ) *factum eſſet, expiraret.* PIRNENSIS: *Montags an der* FASNACHT *am Abend.* Apud Danos adhuc in uſu eſt nomen *Faſtelauns Mandag*, mos vero tumultuoſus curſitandi larvis per plateas graſſandique publice (vulgo *Faſtelauns* „*loeben*) lege regia dudum ceſſavit. Porro ſequuntur nomina veſana. Dicitur hic dies quoque *der gaile Montag* ap. CRVSIVM *in Annal. Suev. P.* III. L. VII. p. 376. & in WERLICHII

Dies Lunæ poſt Eſto Mihi. Vaſtel-Abend.

Faſtelauns Mandag.

Gaile Montag.

Id probare videtur locus in HOTTINGERI *Helvet. Kir-*„*chen-Geſch.* P. II. p. 73. „*Der Graf verfügte ſich gen Ba-*„*ſel neben viel anderen dahin kommenden Edelleuthen,*„ DONSTAG *vor der* HERREN FASSNACHT, *Faſsnacht*„ *Kurtzweil zu halten.*„ Hoc nomen *der wenige Rinn-Abend* ſimul tacite indicat, Dominicam Eſto Mihi fuiſſe dictam *der Merere* ſive *der Groſſe Rinn-Tag.*

Februarius. *Chron. Auguſt.* P. II. p. 180. GASSARVS ap. MENCKEN. T. I. p. 1596. D. ita: *XII. Febr. menſis luce, quam vulgus* SALACEM LVNAE DIEM *appellat.* Alicubi vocatur *der Narren Kirchweyh.* Nam in SEB. BRANDII lepido libro *Narrenſchiff* inſcripto, qui prodiit Baſileæ an. MDVI. 4. hanc clauſulam adjecit typographus: *Gedruckt zů Baſel uff die* VASENACHT, *die man der* NARREN KYRCHWICH *nennet.* Dicitur etiam *der Fraſs-Montag.* Sunt illa nempe laicorum Hilaria, quibus populus per plateas larvatus (*vermummt*) discurrit, flagris cædit, carbonibus ac fuligine infuſcat occurrentes, & in ſumma tandem in omnem laſciviam & luxuriam effunditur, rigorem jejunii ac pœnitentiæ tanto fortius deinde perlaturus. Unde triſtiſſima ſæpe incommoda ſunt enata. Lipſiæ anno MCCCCXCIX. accidit caſus memorabilis ſed funeſtus, quem verbis PEIFERI L. II. §. 53. referre libet: „*Mos erat*, inquit, *antiquitus Li-*
„*pſiæ, ut Liberalibus perſonati juvenes per vicos*
„*oppidi* ARATRVM *circumducerent, & puellas ob-*
„*vias per laſciviam ad illius jugum accedere, eti-*
„*am repugnantes cogerent, hoc veluti ludicro pœ-*
„*nam expetentes ab iis, quæ innuptæ ad eum usque*
„*diem manſiſſent. Accidit in Bacchanalibus An-*
„*ni 1499. ut unus ex his Ludiis puellam quandam*
„*cordatiorem aratro urgeret. Cumque illa ejus*
„*manibus elapſa in proximam domum profugiſſet,*
„*nec abſtineret perſonatus ille fugitivam perſequi;*
„*tandem cultro arrepto acriter inſtantis pectus*
„*trans-*

Narren Kirchweyh.

Fraſs-Montag.

„*transfixit, & a cæde recenti ad Judicem deducta,* Februarius.
„*infestum sibi spectrum non hominem a se percus-*
„*sum fuisse causata fuit.*„ Ita Monachii in Bavaria an. MDCVI. cum quidam personatus honestam virginem carbone denigraturus esset, pupillam reluctantis lævam ita læsit, ut sævos cruciatus passa de visu periclitaretur, nisi S. Benno scil. opem tulisset, vid. Dni MENCKENII *Script.* T. II. p. 1949. A. Et tamen eas consuetudines tolerare quam tollere, metu majoris mali, mavult Pontifex in *c.* 6. *dist.* 4. In Palatinatu, Bavaria &c. hunc diem appellant *den blauen Montag* a colore violaceo, quo omnia in templis exornantur. Et hoc die ab operis vacant otioque ac lætitiæ indulgent opifices cum famulis; unde forsan in genere dies otiosi atque geniales ab iis *blaue Montäge* nuncupantur. *blaue Montag.*

§. X.

DIES MARTIS vulgo *Fastnacht* i. e. Vigilia Carnisprivii seu Jejunii Quadragesimalis, item *Fastnacht Dienstag* a BOTHONE ap. LEIBNIT. T. III. p. 422. dicitur *der leste Vastelabend*, & p. 389. clare: *des Dinxsedages im lesten Vastelavende.* Austriaci &c. vocant *Fasching, Faschung*, vid. HVEBERI *Austria* p. 56. & 82. In Dni LVDWIGII *Reliqu.* MSS. T. IV. p. 273. in Friderici Austriaci literis de An. MCCCXVIII. *an dem Vaschange Tage.* Apud CRVSIVM *Annal. Svev.* P. III. L. VI. p. 341. nominatur *die rechte Fasinacht*, vid. sub Dominica Invocavit. In *Fastnacht.* *Fasching.* *rechte Faßnacht.*

Februarius.

junge Faſtnacht.

Hiſtoriis Helvetiorum nomen habet *die junge Faſtnacht*. Apud HOTTINGER. *in Helvet. Kirch. Geſch.* P. II. p. 194. „*Als An. 1384. die* IVNGE „FASSNACHT *auf S. Matthias des Apoſtels A-* „*bend gefallen, hat Nicolaus Biſchoff zu Conſtanz* „*im gantzen Biſchthum erlaubet, ſelbigen Tag* „*Fleiſch zu eſſen.*„ In HAFFNERI *Solothurn. Schauplatz* P. II. p. 194. ita legitur: *Anno 1499. am Montag vor der* IVNGEN FASSNACHT *haben die Eydgenoſſen ein Gefecht gehalten an St. Lucey Steig*; quam pugnam CRVSIVS c. l. L. IX. P. III. p. 511. factam dicit *poſtridie Bacchanalium Dominorum.* Pergit HAFFNERVS: *Folgenden Zinſtag an der* IVNGEN FASSNACHT *wurde der Feind bey Treiſen geſchlagen.* Conf. VRSTISII *Chron. Baſil.* L. VI. fol. 478. ſq. ubi earundem rerum tempora quoque ita ſuccedunt: *Am Sontag der Herren Faſsnacht - - - Montag drauf - - - Zinſtag die* IVNGE FASSNACHT. E contrario Dominica *Invocavit* nominatur *die alte Faſtnacht*, ut mox erit demonſtrandum. Sæpe legitur in ſcriptis veterum, Principes & Ma-

(r) Dns SCHILTER. *ad Koenigshov* c. l. pro explicanda vocis derivatione adducit locum ex Alberti II. conſtitutione, quæ apud DATT. p. 181. extat: *von Nieman gebuſet, geſchützet,* GESCHÜRET, *vertedinget* &c. Sed pace tanti viri dicere liceat, eam ſignificationem non eſſe hujus loci. Verbum enim *ſchüren* ibi notat *defendere, protegere*, ut patet etiam ex p. 181. *hanthaben*, SCHÜREN, *ſchützen, ſchirmen.* Conf. SCHANNATI *Sammlung alter Docum.* p. 10. Porro in 10. GVIL. WIEDERHOLDTII *Diſſ. de Judiciis Marchicis* (vulgo von Märcker-Gedingen) An. 1728. Arg. habita, & quidem

Magnates egiſſe Hilaria Carnisprivii & ad ea ſe mutuo invitaſſe, *daſs ſie Faſtnacht gehalten, und einander darzu geladen.* Tum vero multi noſtratium diem hunc Martis intelligunt, qui ſolus hodie apud nos *Faſtnacht* dicitur; cum tamen Dominica Eſto Mihi & dies aliquot eam præcedentes ac ſubſequentes, præter hanc diem Martis, generali nomine indicentur. *Februarius.*

§. XI.

DIES CINERVM vocatur *Eſchtag* in Faſtis Limburg. p. 115. quem etiam *Eſchen-Mittwoche* nuncupat HOTTINGER T. IX. *Hiſt. Eccleſ.* p. 13. Belgis *Aſſchen-Woensdach.* Antiqui vocant porro *den Schürtag*, ſicut KOENIGSHOVEN *in Chron. Alſat.* p. 254. i. e. diem purgationis ſive abſolutionis. Eſt enim *ſchüren*, hodie *ſcheuren*, *purgare* (r), & ita reſpicit hoc nomen ad ritum veterem in Eccleſia, de quo Gilbertus Epiſc. Lunicenſis teſtatur: „AB„SOLVIT *Præſul populum de venialibus in* CA„PITE (s) IEIVNII, *de criminalibus in Cœna* *Dies Cinerum. Eſchtag.* *Schürtag.*

D 5 *Domi-*

dem p. 46. in Inſtrumento veteri legitur: *handhaben*, SCHAWREN *und ſchirmen.* Ergo in allatis exemplis pro *ſchüren* ſcribendum cenſeo *ſchuren.* Hodie in vulgo noſtratium non inelegans locutio ſupereſt: *An dem Orte iſts gantz ſchaurig*, de loco ab injuriis coeli & frigoris bene undique tuto. Hæc ideo allegantur, ut nullam verbo *ſchuren*, quod SCHILTER. exiſtimavit, cum illo altero *ſchüren* & vocabulo *Schürtag* eſſe cognationem appareat.

(s) CAPVT IEIVNII ſive *Quadrageſimæ* antiquis eſt DIES CINERVM. In Synodo Benevent. de an. MXCI. *poſt* DIEM CINE-

Februarius. „*Domini.*„ Conf. WILDVOGEL. *de Jure Feſtor.* p. 62. ſqq. adde c. 64. diſt. 50. Diverſus eſt apud Argentoratenſes *der Schwör-Tag*, cujus rationem jam §. III. expoſui.

§. XII.

Die Vier Tage. Dies illi quatuor, qui currunt a Die Cinerum ad Dominicam Invocavit, ab antiquioribus *die vier Tage* leguntur nominati. CRVSIVS *Annal. Svev.* P. III. p. 510. anno 1498. Auguſtæ turrim Lug ins Land fulmine exuſtam refert noctu, die Veneris *in den Vier Tagen*, nulla explicatione addita; quod WERLICH. P. II. p. 258. factum ſcribit *den eylffien Martii.* Præclarum vero indicium habent IOH. ROLLII *Annotationes Chron.* ap. Dn. DVELLIVM *in Miſcell.* T. I. p. 250. ſq. unde ordinem dierum ita notavi: *An dem Montag vor Faſnacht - - - An* PFINSTAG IN DEN IIIj TAGEN - - *an den Freitag morgen - - am Mittichen in der erſten Vaſtwochen.* Nec obſcure in Receſſu Fœderis Svev. ap. Dn. DATT. L. II. c. 28. n. 20. p. 461. *daſs das Gericht - - auff die Quattember, nach* DEN VIER TAGEN, ZV ANGEENDER VAS-

CINERIS *& Cilicii, qui* CAPVT IEIVNII *dicitur.* Vid. IO. GABR. MITTWOCHS *Diſſ. de Capite Jejunii, von Aſchermittwoch*, Lipſ. 1693. A Gallis nominatur *Carême prenant* ſive *Carême entrant*, ex quo natum eſt barbarum illud vocabulum, quod in antiquis literis reperitur, & eandem denotat diem, *Carementrannus*, vid. CANGIVS. In Chronico ALBERICI *ap.* LEIBNIT. *in Acceſſ. Hiſt.* P. II. p. 530. vocatur eodem modo *intrans Quadrageſima.*

VASTEN *ſchierſt künfftig angeen ſoll.* Quæ- *Februarius.*
ris, cur dicantur *die vier Tage*, nec plures numerentur? Certa ratio me quidem fugit, dicam tamen quod ſentio: Die Cinerum incipiunt jejunare homines, depoſitaque omni voluptate, ferre diſciplinam Eccleſiæ; Iam vero multi, quorum fuerat miniſtrare aliis per dies iſtos lætitiæ, adhuc ſolenni illa recreatione caruerant, & languidi quaſi ac debiles nunc jejunii rigorem ſubibant, nec tamen cauſa ſatis digna ſubeſſe videbatur mutandi vetus inſtitutum de Capite Iejunii. Ergo placuit Eccleſiæ, differre beneficium in Dominicam Invocavit, eamque hominum libertati permittere, tanquam in lætitiæ ſupplementum. Hæc (niſi me omnia fallunt) cauſa fuit, quamobrem Germani veteres hoc intervallum dixerint *die vier Tage.*

§. XIII.

DOMINICAM INVOCAVIT (*t*) varie no- *Dom. Invocavit.*
minatam reperio apud antiquos. Primo *der Sonntag in der erſten gantzen Faſtwochen*, in HVEBERI *Auſtr.* p. 71. & 82. Item *die groſſe Vaſtnacht*, in Dni WENCKERI *Tr. de Pfalburg.* p. 129. *Groſſe Faßnacht.*

(*t*) In STEYERERI *Hiſt. Alberti* p. 313. nominatur *der Suntag, wen man nu in der Vaſten vier Tag gevaſtet hat, als man ſinget Invocavit.* Et ita porro Dominica Reminiſcere: *Der Sontag, ſo man 1o. Tage hat gefaſtet*, in Dipl. MSc. Bothonis de Ilburg, & in Dipl. Bertholdi de Witirde Advocati Comitum Gleich. in Dni MENCK. *Script.* T. I. p. 651. C.

Februarius.

p. 129. ubi: *Sontag Invocavit genant die* GROSS VAST-NACHT. Conf. KOENIGSHOV. p. 290. & notas ad eum p. 899. Item *den* GROSSEN SONTAG, *als man ſinget Invocavit me in der Faſten* in LVNIGII *Spicil. Secul.* P. II. p. 1363.

aller Mann Faſtnacht.

Neſcio an huc referam appellationem *aller Mann* (*u*) *Faſtnacht*, item *Zondagh thu aller Manne Vaſten*, quam lego in Ill. Dom. a SOMMERSBERG *Codice Dipl. Sileſ.* p. 938. & in RETHMEYERI *Chron. Brunſv.* p. 1849. ſive *Mann-Faſsnacht* in HEIDERI *Deduct. Lindav.* p. 952. Certe tunc laniones, famuli aliique domeſtici, qui præcedentibus feſtis ſua opera inſervierant aliis, & propterea indulgere genio ipſi non potuerant, privilegio & permiſſu benignæ matris Eccleſiæ liberius agunt, qua voluptate iterum etiam reliqui una cum iis libenter utuntur. (*w*) Inde olim quoque dicebatur *der befreyete Sonntag*, *Dominica privilegiata*, item hodie ab Auſtriacis *Nach-Faſching*. Helvetii appellant *die alte Faſtnacht*, quo die incipiunt apud Solodurenſes haberi nundinæ, ut eſt in SAVRS *Staedte-Buch*. In HAEFNERO c. l. p. 137. & 148. habetur: *am Sonntag der* ALTEN-FASTNACHT. Ibi-

befreyete Sonntag.

Nach-Faſching.

alte Faſtnacht.

(*u*) Hoc nomen quoque in patria mea dulciſſima, cui vitam & ſtudia, ſi qua mihi ſunt, debeo, quondam uſitatum fuit, vide SAL. STEPNERI *Inſcript. Lipſ.* p. 178. in monumento Templi Thomani de an. 1480. In quod etiam nuperrime ex Actis Præpoſituræ Magnæ Trium Veterum Pagorum Acad. Lipſ. (Vol. IV. fol. 138. a.) de an. 1610. cognovi, ubi ſic erat annotatum: „ *Den 6. Febr. weill der Pfarrherr*

„ *zu*

Ibidem p. 154. hæc eſt temporum ſeries: *Am Sontag nach dem* XX. *Tag.* - - *An der Herren Faſsnacht* - - *An der* ALTEN FASSNACHT. Porro VRSTISIVS *in Chron. Baſil.* fol. 480. tradit, quatuor civitates expeditionem in Hegoviam ſuſcepiſſe *Samſtags vor* INVOCAVIT, quod STVMPFIVS L. XIII. c. 25. effert: *am Sambſtag der* ALTEN FASSNACHT. *Februarius.*

Atque ita bene tenenda eſt diſtinctio dierum: *der Herren- oder Pfaffen-Faſtnacht, der jungen Faſtnacht, der rechten Faſtnacht und der groſsen* ſive *der alten Faſtnacht*, ne nominum vel ſimilitudine vel varietate error ſuboriatur. Præclaram ea in re lucem mihi prætulerunt jucundæ literæ Legati & Scribæ Civitatis Argentorat. in Dni WENCKERI *Archivi & Cancell. Iurib.* p. 159. unde ſucceſſionem dierum probationis ergo breviter (ut ſoleo) repetam: „*Alſo reit der Künig zu Paris uf der* PFAFFEN-VASSNACHT „(Dom. Eſto Mihi) *in die ſtat* - - *und ich kam „uf die* RECHTEN VASSNACT *auch gen Paris „* - - - *alſo mornende uf den* SCHÜRTAG (die „Cinerum) *kame ich fur ſin Genade* - - - *Am „Donrſtag war ich den gantzen tag by Im* - - - „Ge-

„*zu Merckwitz Joh. Wittich innerhalb ſeiner Zeitt der 37. „Jahr kein Exempell gehabt, und wegen Ergerniſs darfür „gebeten hatt, iſt des Richters Sohne* - - *uff* ALLERMAN „FASTNACHT *Hochzeit zu machen, abgeſchlagen wor- „den.* „

(w) Dns KNAVTH in loco ſupra p. 12. allegato derivat vocabulum *Mann Faſten von denen Edlen Mannen, welche da vor Alters ihre Ritter-Spiele exerciret hatten.*

Februarius. „*Geben zu Paris uf Fritag zu Abent vor der* „GROSSEN VASTNACHT.„

Funcken-Tag. Notandum porro, primam hanc Dominicam Quadrageſimæ alicubi vocari *Funcken-Tag*, à πυρκαιᾶι ſive rogis, qui publice extrui & ſuccendi ſolent, obſervante GRETSERO *de Feſtis* p. 138.

Weiſe Sonntag. Inprimis vero dignum eſt obſervatione, nomen *der weiſe Sonntag* (vid. Dni WALDSTROMERI *Orat. de Curiis Regiis ante Aur. Bull. Norib. celebratis* p. 70. item ap. DATTIVM p. 734. *der weſeme Sontag*) ad hanc Dominicam Invocavit pertinere. Scio (x) plerosque, imo (ni fallor) omnes ſcribere atque inculcare, per hanc appellationem intelligi *Dominicam Quaſimodogenit.* ſive, ut antiqui loquebantur, *in Albis*, quia recens baptizati per totam hebdomadem inde a Sancto Sabbatho usque ad Octavam ejus ſive ſequentem Dominicam Quaſimodog. albis amicti veſtibus (*in den Weſter-Hembden*) ambulabant, eademque die ad baptiſteria exuebantur, vid. LEIBNIT. *Script. Brunſv.* T. II. p. 134. IO. SCHMIDII *Diſſ. de Vſu Veſtium Albar.* §. XXI. item quia Græci hanc Dominicam nominant

(x) Ita B. SCHLEGEL. *in Diſſ. de Nummis antiqu. Gothan.* p. 30. ſubſcriptionem in literis Ludovici IV. Imp. uſitatiſſimam: *des nechſten Tages nach den* WISSEN SVNTAG falſo vertit: *die poſt* DOMINICAM IN ALBIS.

(y) Quid autem? In B. TENZELII *Bericht von dem Anfang der Reform. Lutheri* p. 98. Doct. Sebaſtianus Dominica IVDICA an. MDVIII. ita Erfurti concionatur: „*Lieben Freun-*

minant λαμπρὰν ἡμέραν, λαμπρὰν κυριακὴν, vid. SVICERI *Theſ. Eccleſ.* T. II. col. 212. & 214. Sed non ſemper eadem in nominibus Dierum ratio fuit antiquiſſimæ Eccleſiæ ac recentioris, ſicuti etiam infra de vocabulo Hebdomadis Magnæ intelligetur. Aliquando enim priſca nomina uſus retinuit, ſed aliis ex cauſis ac cæremoniis derivavit; aliquando etiam ad alios dies transtulit, ſicut hoc nomen *der weiſe Sonntag*. Equidem ſubdubitare primum coepi de veritate hujus explicationis propter locum quendam in SCHILTERI *Comm. Iur. Feud. Alem.* p. 425. ubi: *bis uff den* WISSEN SVNTAG *oder Mitvaſten;* inde certior factus ſum a LEHMANNO *in Chron. Spir.* L. IV. c. 8. p. 257. ubi Iudex profitetur: *daſs ich heut am Dienſtag nach dem* WISEN SONNTAG *ſaſs* &c. addita ſubſcriptione: *feria tertia poſt Dominicam* INVOCAVIT. Denique omnem mihi ſcrupulum exemit B. SCHILTERI *Gloſſar.* p. 572. ubi ♀ *nach dem* WISSEN SONTAG INVOCAVIT, (*y*) & Dni LVNIGII *Reichs-Arch. Part. Spec. Cont.* IV. P. II. p. 493. ubi: *uff dem nechſten Montage nach dem* WISSEN SONTAGE, *als man in der heil. Kirchen* Februarius.

(*y*) „*Freunde, wir ſolten heute auf den* WEISSEN SONNTAG „*unſern Kram* (indulgentias) *auslegen*, &c.„ Bona verba quæſo! Illa explicatio *des weiſſen Sonntags* ſine dubio profecta eſt a manu TENZELII, qui dies Dominicas *Invocavit* & *Judica* feſtinanter commiſcuit. Neque enim eſt probabile, unam eandemque Dominicam ſcil. Judica, contrariis vocabulis ſimul *album* ſimul *nigram* nominari.

Februarius.

Kirchen ſinget zu Latein INVOCAVIT. Non debeo hic prætermittere locum Iuris Prov. Alemann. cap. CCCXCVII. §. I. communi errore falſo adhuc intellectum. Textus ita præcipit: „*Suuer gut hat daz er umb Gelt hinlat, daz man „ez buuuet, buuuet er ez mit dem Pflug, ſo ſol er „mit im buuue-tædingen zuuiſchen der* LIEHT-„MESSE *und dem* WISSEN SVNNENTAGE.„ „Verſio: *Si quis fundos colendos alii pro mercede „locavit, tum, ſi colonum pellere vult agris, a-„ratro ejus hactenus coli ſolitis, debet hac de re „cum eo agere intra terminum* PVRIFICATIO-„NIS *B. Mariæ Virg. &* DOMINICAM QVASI „MODOGENITI *dictam.*„ Conf. & §. 13. & 14. Dom. SCHERZIVS ad illum locum in B. SCHILTERI *Theſ. Antiqu. Teut.* T. II. p. 229. ex KILIANI *Etymol.* obſervat: *Der* WEISSE SONNTAG *eſt* DOMINICA *in* ALBIS, *quæ hodie* QVASIMODOGENITI *dicitur*, &c. At vero ſi rationem legis inveſtigamus, male illa cum hac interpretatione cohæret. Lex enim reſpexit tempora, quibus labor agriculturæ in futuram æſtatem nondum cœptus eſt, ut colonus re adhuc integra, ſine damno ſuo migrare poſſit. Ecquis autem apud nos ita imperitus rei ruſticæ, ut poſt Paſcha credat homines agris colendis incumbere? Tunc certe labor maximus abſolutus & meſſis jam in herba eſt. Ante Feſtum vero PVRIFICATIONIS MARIAE & Dom. INVOCAVIT arare ac ſementim facere non conſueverunt, ideoque hæc duo tempora lex definivit, quibus com-

Locus Juris Prov. Alem. explicatur.

commode pelli poſſit ex fundo colonus. Exinde manifeſtum eſt, quam facile interdum conjecturæ ſpecioſæ, nec tamen antiquitati prorſus conſentaneæ, ad eam auctoritatem evehi poſſint, ut conſenſu omnium pro indubie veris habeantur, virisque etiam doctiſſimis hæreant & imponant. *Februarius.*

§. XIV.

DIES CATHEDRAE PETRI vocatur in Dni IOHANNIS T. I. *Rer. Mogunt.* p. 704. b. *Petri Stuhl-Feſt*, & in Chron. Brem. MSC. *Sant Petersdag als he op dem Stœle qvam.* In SCHANNATI *Client. Fuld.* p. 345. *Sente Peters Tag als her wart geſatzt uf den Stul zu Rome.* In REHTMEIERI *Chron. Brunſuic.* p. 548. *der Tag Petri in der hälligen Vaſten.* Sic quoque in LVDWIGII *Rel.* MSS. T. I. p. 209. Celebrant hunc diem Pontificii, quia eo S. Petrus primum Romæ ſedere cœperit, translata illuc ſede, quam VII. annos tenuerat Antiochiæ. BARON. *ad Martyrol.* p. 48. *Dies Cathedræ Petri.*

Cæterum in Dipl. MSC. Ottonis Wenthii, Domini de Yleburg de An MCCCXLVIII. ſubſcribitur: *an S. Peters Tag als man Meerrettig weihet.* Quod nomen an huic diei aſſignem, nec ne, in præſentia mihi non liquet. Cogitet Lector & pro ſua prudentia dubium ſolvat diemque ordinet.

MARTIVS.

§. XV.

Dom. Letare. DOMINICA LAETARE has in antiquitate accepit appellationes. Ex Latino factum no-
frœliche Sonntag. men *der fröliche Sonntag* in Dipl. MSC. Nicolai Friderici Decumani (Zehendners) in Freiberg de an. MCCCCXXII. Apud DATT. *de Pace Publ.* p. 248 *Sontag Letare* HALBFASTEN. Adde KOENIGSHOV. p 151. In verſione antiqua ap. Dn. ECCARD. T. I. *Script. Med. Ævi*
Mitfaſten, p. 954. *zo* MYTHVASTEN *al man ſyngt Lætare Jeruſalem.* A Latinis nominatur *Media* ſive *Medians Quadrageſima*, ut apud LVNIG. *in R. Arch. Part. Gen. Cont.* II. p. 186. item *Dominica Mediana* vel *Mediæ Quadrageſimæ Dominicus dies* a medio tempore Quadrageſimæ, quæ *Hebdomas* etiam *Mediana* dicitur *c. 7. diſt.* 75. & *Mediana Septimana Paſchæ* in *c.* 15. *diſt.* 63. Vid. omn. MABILLONII *Muſeum Ital.* Vol. II. *in Comment. ad Ord. Rom.* p. 127. Vocatur porro
Roſen-Sonntag. etiam *Dominica de Roſa*, *der Roſen-Sonntag*, *a roſa aurea*, quæ illo die conſecrari ſolet non a temporibus Urbani V. (ut GASSARVS T. I. p. 1495. A. cum aliis credit) ſed Innocentii III. Apud WENCKER. *de Glefenburg.* p. 110. *der H. Sonentag zu* MITTEVASTEN (z) *Letare Jeruſalem, genant der* ROSEN SONNENTAG. Cauſam

(z) In I. du MONT *Grand Corps Dipl.* T. III. P. I. p. 236. legitur: *nach dem Sonntage nach Lætare in drey heiligen Feſten.*

Miror

ſam conſecrationis Roſæ tradit Innocentius III. Serm. I. hujus Dom. & DVRANDVS *in Ration. Div. Offic.* L. VI. c 53. & ipſe actus *mediana roſæ benedictio* dicitur in RAYNAVDI *Opp.* T. X. p. 401. Quod reliquum eſt, de nomine *Todten-Sonntag* remitto Lectorem ad Dni P C. HILSCHERI *Diatr. de Dominica Lætare rituque idolum mortis ejiciendi.* Lipſ. 1690. 4. & Cl. HANCKIVM *de Sileſior. Rebus* p. 122. ſqq. Ex MONACHI PIRN. ſive IOH. TILIANI *Onomaſt.* adjicio alium morem, qui *die Lunæ poſt Domin. Lætare* Halberſtadii quondam in uſu fuit & ex eadem cauſa ortum habuit. Verba hæc ſunt: „*An di ſtet des abgots tempil, der zu Halberſtadt* „*czuruddet, wart auch in Gots und S. Steffans erh* „*eine thumkirche erbawet, des czum Gedechtnis* „*ſullen daſelbſt di tumhern, jung und alt,* AVF „MONTAG LETARE *alle Jar* EINEN HÖL„CZEN KEGEL *an ſtat des abgots auffeczen und* „*darnach alleſam werffen, auch ſal der tumpro*„*beſt in offentlicher proceſſion, herlichen ſolenni*„*teten,* EINEN BARH *bey ym laſſen furen, ſo* „*nicht, wirt yhm ſeyne gewonliche preſencz czu*„*reichen gewegirt, och tregt ym ein Knabe nach,* „*in der Proceſſion, underm armen,* EIN SCHWERT *in der Scheyden.*„ Quæ verba Latine ita ſe habent: „*Loco fani deſtructi templum* „*Cathedrale Halberſtadii in honore Dei & S. Ste*„*phani*

Martius.

Todten-Sonntag.

Ritus antiquus Halberſtadii.

E 2

Miror vero, craſſum errorem nec ibi nec in LVNIGIO, unde hauſtus eſt, emendatum fuiſſe.

Martius. „phani fuit dedicatum. *In cujus rei memoriam* „*Canonici ad unum omnes, ſeniores pariter atque* „*juniores, quotannis* DIE LVNÆ POST DO- „MIN LÆTARE CONVM LIGNEVM *loco idoli* „*ſtatuunt, & una omnes procul ictibus petunt.* „*Porro Præpoſitus pati debet, in publica ſolenni-* „*que pompa* VRSVM *prope ſe duci, ſin minus,* „*dono conſueto (quod Præſentiam vocant) caret.* „*Ei ſuccedit puer, ſub brachio portans* GLA- „DIVM *vagina tectum.*„ HENR. MEIBOMIVS *de Irminſula Saxon.* profert locum ex GE. TORQVATI *Annalibus Magdeb. & Halberſtad.* MSS. qui eadem de ritu conum dejiciendi tradit, nihil tamen de *urſo* in publica proceſſione ducto nec de *gladio* memorat, in eo etiam a PIRNENSI diverſus, quod ipſam *Dominicam Lætare* huic ſolennitati aſſignet. Notatu dignum eſt, quod idem TORQVATVS addit: duraſſe illum ritum inde a multis ſeculis usque ad Johannem Albertum, March. Brandenb. & AEp. Magdeb. qui Alberto Cardinali Electori & AEpiſcopo ſucceſſerat. Tunc demum abrogatum eſſe propter ſpectantis multitudinis pericula, quæ ei ex aberrantibus ictibus ſæpe imminebant, & propter contemtum ipſius Cleri, quos ut viros graves, & annis, nobilitate atque ſapientia præſtantes ejusmodi ludicra exercere in tanta luce Evangelii ridiculum fuerit.

§. XVI.

Dies S. Sophronii. S. Fronen Tag. DIES S. SOPHRONII (d. 11. Martii) in SCHORERI *Chron. Memming.* p. 20. dicitur *S. Fronen Tag.*

Tag. In STEYERERI *Hiſt. Alberti II.* p. 160. ſq. *St. Frenen Tag*, uti ex ſucceſſione dierum, quæ ibidem indicatur, apparet. *Martius.*

§. XVII.

DIES SABBATHI ante IVDICA dicitur *der Sunabunde als man ſinget Sicientes venite ad aquas* in Dipl. MSC. Mechtildis Viduæ Schœnburg. de an. MCCCXXXV. Et in Dipl. MSC. Chriſtiani Epiſc. Numburg. de an. MCCCXCIV. *Sabbatho ante Dominicam Judica, quo cantatur Sicientes.* Hic dies in antiquitate ideo memorabilis eſt, quia eo teguntur cruces & imagines usque ad Sabbathum Sanctum. *Dies Sabbathi Sitientes.*

§. XVIII.

DOMINICA IVDICA (quæ & PASSIONIS) ut olim ita nunc quoque paſſim vocatur *der ſchwartze Sonntag*, vid. HVEBERI *Auſtria* p. 64. & DVELLII *Excerpt. Geneal.* p. 192. quoniam eo altaria, imagines Servatoris crucifixi &c. atra veſte apparent nuptæ. Rationem exponit etiam Dns HILSCHER. *im Etwas zur Kirchen-Hiſt. von Alt-Dresden* P. II. c. 2. §. 12. p. 163. cujus verbis lubentiſſime utor: „DOMINICA IVDI-„CA *oder ſo genannte* SCHWARTZE SONN-„TAG *hat dieſen Nahmen daher, dieweil, wie* „*vor Alters, alſo auch ietzo hieſigen Orts, der* „*Gebrauch iſt, daſs nicht nur Altar, Cantzel und* „*Tauffſtein, ſo biſshero, wie den Advent über* „(ſcil. mit einem geſticktem ſchwartzen Sammt „Ornat) *bekleidet geweſen, mit dem* TRAVER-„ORNAT *angethan worden, ſondern auch die-* *Dom. Judica.* *ſchwartze Sonntag.*

Martius. „jenigen, ſo es haben, in ſchwartzen Kleidern „bey Beſuchung der Kirchen erſcheinen.„ Quo ipſo veteres luctum Paſſionis Dominicæ, paulatim inchoantis, indicare voluerunt; quippe etiam velamina illa imaginum & altarium pictas interdum habebant formas Chriſti patientis. In Inventario Eccleſiæ Omnium SS. Witteb. ap. IOH. MEISNER. p. 128. habentur: *Eilff gemahlte Tücher, die man gebraucht in der Faſten, ſo man die Altare und Crucifix verdeckt, darauf von unſers Herren Gottes Leyden gemahlt.*

§. XIX.

Inde a Dominica Judica usque ad Feſtum Palmarum celebratum olim Hieroſolymis præcipue atque paſſim per Orientem & Occidentem fuit FESTVM SPASMI MARIÆ, vulgo *Mariæ Ohnmachts-Feyer*, de quo extat M. PAVLI CHRN. MITTERNACHTII Diſſ. Lipſ. 1722. habita. Vid. etiam FRID. VLR. CALIXTI *Hiſt. immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virg.* (Helmſt. 1696. 4.) ubi in fine de Feſtis Mariæ, & præcipue de hoc *Feſto Spaſmi* nunc abolito erudite agit. Erat in memoriam *ſpaſmi*, quem B. Virgo tempore paſſionis filii paſſa traditur, inſti-

Feſtum Spaſmi Mariæ. Mariæ Ohnmachts-Feyer.

(*aa*) Id docent Literæ fundationis in KNAVTHII *Archivo Cellenſi* p. 206. de an. MCCCCXC. „*die andre Meſſe ſal ſeyn von „dem Leiden Chriſti, auch zu* DER MITLEIDVNGE *ſeiner „wertben Mutter, und S. Johannis des Evangeliſtens,* ALS „SIE GESTANDEN HABEN VNTER DEM CREVTZE „CHRISTI.„ Mediolani *Templum* eſt *Dominicæ Paſſionis*, in cujus fronte adverſa foris conſpicitur B. Maria cum corpore Servatoris & Johanne, addita nobili inſcriptione: AMORI

inſtitutum, ſatis quidem ſolenne, quia Octavam habuit, ut alia B Mariæ feſta. Imo Hieroſolymis in loco, ubi defeciſſe creditur, *Sacellum S. Mariæ de Spaſmo* fuit extructum; uti apparet ex Paſſagio Alberti Ducis Sax. in Palæſtinam, quod comes peregrinationis ſcripſit, ap. Dn. MENCKEN. T. II. p. 2105. C. Nam ibi ſic legitur: „*Darnach kumbt man zu einem zerprochen Kirchlein, iſt die ſtat, do unſer liebe fraw ſtüendt, do ſie ſehen möchte, wie es Chriſto irem Sune gieng, do man In ausfurt. Da ſie In erſahe*, WARD SIE HINFÆLLIG *und* AMÆCHTIG „ Auctor feſti & prima initia ignorantur. Credibile tamen eſt, privata primum pietate in Oriente cultam fuiſſe fabuloſæ rei memoriam, & deinde publice confirmatam. Quia vero prudentiores Pontificii deliquium in Maria negabant, & Feſti abrogationem urgebant; abiit hæc feſtivitas paulatim in deſuetudinem, & remanſit, quod initio Seculi XV. ortum videtur, FESTVM COMPASSIONIS MARIÆ in memoriam ejus doloris acerbiſſimi, quo Maria inprimis ſub cruce pendentis filii (*aa*) eſt affecta. Fuit autem hoc particulare (*bb*), & primum

Marius.

Feſtum Compaſſionis Mariæ ſive VII. Dolorum.

AMORI & DOLORI SACRVM, vid. Dni NEMEITZII *Nachleſe beſonderer Nachricht. von Italien* p. 386. ſq.

(*bb*) Diſſentit Dns MITTERNACHT. §. XX. & pro univerſali vult cenſeri etiam ratione initii. Sed ſperabatur tunc ſaltem, futurum aliquando univerſale, ut ipſe locus, quem allegat, oſtendit. Factumque eſt deinde univerſale ac *die Veneris ante Palmarum* celebrari juſſum, ut ex Breviario Rom. patet.

M rtius. mum forte inſtitutum a Theodorico AEp. Colon. an. MCCCC XXIII. temporibus Huſſitici belli, vid. Statuta Concilii Colon. de hoc anno cap. XI. in HARDVINI *Collect.* T. VIII. p. 1013. ubi: „FESTVM COMPASSIONIS *in honorem* „*illius anguſtiæ & doloris, dum redemptor noſter* „*Jheſus Chriſtus expanſis manibus in ara crucis* „*pro ſalute noſtra immolatus, matrem ſuam bene-* „*dictam dilectiſſimo ſuo diſcipulo Joanni Evange-* „*liſtæ commendavit, - - ſtatuimus, ut deinceps* „*ſingulis annis* FERIA VI. POST DOM. IVBI- „LATE *in omnibus eccleſiis provinciæ noſtræ ſub-* „*jectis ſolemniter celebretur.*„ Aitquidem Dns MITTERNACHT §. XX. celebratum fuiſſe *Sabbatho ante Dominicam Palmarum;* ſed id de uno forſan atque altero loco, non vero de omnibus promiſcue affirmari poteſt. Namque *Hamburgi* celebrabatur *feria VI.* i. e. die Veneris *poſt Judica*, vid. Rev. Dni STAPHORSTII *Hiſt. Eccleſ. Hamburg.* T. I. Vol. II. p. 300. Et in NOPPII *Chron. Aquisgran.* L. I. c. 36. p. 132. dicitur: „FESTVM COMPASSIONIS MARIÆ „*oder* SEPTEM DOLORVM *den 2. Sambſtag* „*nach Oſtern, wird wohl im Chor gehalten aber* „*nicht*

(cc) Jeſuitæ habent *Fraternitatem Compaſſionis B. Virginis*, vulgo *die ſchmertzhaftige Brüderſchafft*, cujus inſigne Maria gladio in pectore transfixa ſub cruce filii Servatoris. Et paſſim ita pictæ cernuntur imagines MATRIS DOLOROSÆ. Res ipſa eſt ad fabulas veterum referenda, pias tamen ſine dubio & innoxias, qualis etiam illa eſt de Maria, Chriſti defuncti corpus gremio ſuſcipiente. In Paſſagio illo Alberti Duc. Sax. ap. Dn. MENCK. c. l. p. 2109. A. ita legitur:

„*nicht gefeyret* „ In Diœceſi Colon. fuit *Feria VI. poſt Dom. Jubilate.* Tædet plura exempla referre; illud tamen adjicio, in Epiſcopatu Lubecenſi quondam *ſexta feria ante Pentecoſtes* fuiſſe celebratum. In Bibliotheca Paulina Lipſ. inter alia ſcripta minora unius Voluminis vidi Diploma Alberti Epiſcopi Lubicenſis, typis impreſſum, quo an. MCCCCLXXIX. in ſua Diœceſi hoc Feſtum inſtituit, unde pauca, quæ ad hiſtoriam ejus pertinent, huc transcribere lubet: „*Cum igitur nonnulli noſtre Dioceſis Chriſti* „*fideles, cultus adhuc divini famelici, aures no-* „*ſtras jugi ſupplicatu ventilando, attente pulſa-* „*verint, quatenus in honorem* COMPASSIONIS „B. VIRGINIS - - *exordiendo erigere dignare-* „*mur ſolenniter ad inſtar aliorum feſtorum ejus-* „*dem B. Virginis - - noſtram per Dioceſim fe-* „*ſtum Chori ejusdem beatiſſime Dei genitricis* „*Virg. Marie ſingulis annis* IN SEXTAM FE- „RIAM STATIM ANTE FESTVM PENTHE- „COSTES - - *feſtum novem lectionum Compaſ-* „*ſionis B. Virginis, quoniam ejus ſacratiſſimam* „*animam in morte Vnigeniti, doloris (cc) gladius* „*juxta vaticinium S. Symeonis peracute vulnera-* Martius.

E 5 *vit,*

gitur: „*Als man von dem perg Calvariæ geet, gleich gegen* „*der Thür des Tempels Eingangs leit ain langer ſchwartzer* „*Marblſtein, darauf iſt Chriſtus geſalbt, da er von dem* „*Creutz genomen ward, und* MARIÆ SEINER MVTTER „AVF DIE SCHOSS GELEGT.„ Ex quo loco jam manifeſtum eſt, cur apud Roſtochienſes olim imago Mariæ Virg. die Chriſti Leichnam qver auf dem Schoſs gehabt, vulgo dicta fuerit *Marie thor latinge*, in GRAPII *Evangel. Roſtock* c. 1. §. 3. p. 27. *Laden* enim eſt *gravare, onus imponere.*

Martius. „*vit, in tota noſtra Dioceſi - - erigimus, indici-*
„*mus, approbamus & ratificamus, ſicut pridem*
„*ad ſupplices præfatorum preces eorundem devo-*
„*torum*, FESTVM PRÆSENTATIONIS *ejus-*
„*dem* VIRGINIS *in templo Jheroſol.* XI. Kls.
„*Dece. - - ereximus & inſtituimus* &c. *Ad-*
„*monentes unumquemque cujuscunque ſexus &*
„*conditionis, quatenus præfatam ſextam feri-*
„*am - - devote peragat, cibum quadrageſimalem*
„*tantum ſemel edendo in honorem ejusdem Com-*
„*paſſionis Virginis beate* &c.„

§. XX.

Feſt. Annunc. Mar. FESTVM ANNVNCIATIONIS MARIÆ vocatur apud LEIBNIT. T. III. p. 433. dialecto Saxonica *das Feſt der Bodeſchupp* i. e. Bothſchafft; item in Chron. AEpiſcopor. Brem. MSC. *Marien dach, do ſe geboſchup wurd, tein Tagen nach dem 17. Martii;* & in ZEITFVCHSII *Chron. Stolberg.* p. 32. *unſir lieben Frowentag alſo ſu vorbotſchafft war.* Apud Danos corrupte *bebudelſe Tag*, itidem ab *annunciando.* Reperio etiam hoc Feſtum dici *vnſer Frawen Tag zu der* KINDLINGE, in HVEBERI *Auſtria* p. 34. & *ze der* CHVNDVNG in DVELLII *Miſcell.* L. I. p. 417. Item in Dni MOSERI *Biblioth. MSStor.* p. 130. legitur: *an dem nachſten Pfintztag nach vnnſer* (inſere: Frawen Tag) *zu der* KÜNDVNG; in DVELLII *Excerpt. Geneal.* p. 100. KHINDVNG

Frauen Tag zu der Kindlinge ſ. Chundung.

(*dd*) In HEIDERI *Deduct. Lindav.* p. 678. *an unſer Vrowen Abent ze dem* - - facile ſuppleri poteſt *Clybel Tag*, quia in

DVNG legitur. SCHILTER. *in Gloſſar. Teut.* p. 324. *Unſer Fruwentag der* KVNDVNG *in der Vaſten.* In LVDWIGII *Rel.* MSS. T. IV. p. 300. & in HVEBERI *Auſtria* p. 30. *unſer Vrowentag in der Vaſten*, vel *unſerer Frauwentag in dem Mertzen* ap WENCKER. *de Pfalburg.* p. 188. Sed hæc leviora. Altioris indaginis eſt nomen *unſer Frawen* CLEYBEN TAG in Dipl. Chomburg. MSC. de an. MCCCLXVI. ubi etiam *vnſer Frawen* CLEYBEL TAG. In KVLPISII *Vol. Rer. Germ.* p. 237. *unſer Frawen* KLYBELTAG. PIRNENSIS MON. MSC. ſub: *Stadt „Brandeburgk: „ Neben diſer ſtat iſt ein Nonne „Cloſter Premonſtrat. Ordens, tragen blawe Men„tel, do wart an unſer liben Frawentage irer* BE„CLEIBVNGE *gros Vngewitter* &c.„ In FRISII *Chron. Herbip. ol.* ap. Dn. LVDWIG. p. 614. perperam legitur: *nach Frayen* KEYBELL TAGE, falſo etiam de die Aſſumptionis B. Virg. neſcio a quo explicatur (dd). Sed omnino ſignificari Feſtum Annunciationis, quod tractamus, probatur ſatis ex ROHTII *Chron. Thur.* apud Dn. MENCKEN. T. II. *Script.* p. 1707. B. ubi Hermannus primogenitus S. Eliſabethæ natus dicitur *an dem ferdin tage noch unſir Frowintage* BECLIBIN. PAVLLINI quidem in *Annal. Iſenac.* p. 36. habet d. 8 Martii; ſed melior fides eſt PIRNENSI, qui ſub: *Eliſabeth* in Scriptor.

Martius.

Frauen Cleybel Tag ſive Bekleibunge.

MEN-

in Latino, quod ibidem præcedit, Vigilia Virg. Mariæ *Annunciationis* exprimitur. Et ſic alibi.

Martius. MENCK. p. 1463. D. *Mitwoche nach* ANNVNCIATIONIS MARIÆ natum refert. Conſentit cum eo *Legenda* de S. Eliſabetha §. 18. apud eundem MENCKEN. T. II. p. 2063. C. his verbis:

Diſe Geburt von der ich ſage
Geſchach *nach unſer Frawen tage*
In der Faſten, als ich das achte,
Da Gabriel Marien Botſchafft brachte
Woll zwene tage odir drey &c.

Et quid tandem opus eſt argumentis? Apud DATTIVM L. I. c. 8. n. 6. p. 53. & LVNIG. in *R. Archiv. Part. Spec. Cont II. Abtheil.* VI. p. 73. præclare legitur: *in der Mitlewochen vor unſer Frawen* CLIBELTAG, *den man nennet* ANNVNCIATIO *in der Faſten.* Item in BECMANNI *Anhält. Chron.* T. I. P. III. L. IV. c. 5. p. 474. *nach unſer Frauen Tage* CLYBANE *oder* ANNVNCIATE (leg. *Annunciationis*). Item in IOHANNIS not. ad SERRARII *Mogunt.* T. I. p. 698. *unſer Frauen Tag der* CLYBEN, *den man nennet zu latine* ANNVNC. Quod autem ad hoc nomen attinet, ductum illud puto a voce *bekleiben* i. e. *concipere*, quia hoc die Maria poſt factam annunciationem credendo ſtatim Chriſtum concepit. Vox illa hodieque uſitata ſignificat *radices agere*, *inoleſcere.* Quam ſententiam allegat quoque Dns BECMANNVS c. l. „*Das Wort* CLYBANE *iſt in der Marck bei „Franckfurt herumb und andern Ohrten noch „heute zu Tage üblig, jedoch wird es etwas kür-*

„*tzer*

„tzer *ausgeſprochen und* KLIEBE *geheiſſen.* *Martius.*
„*Vermuthlich von* KLEIBEN, ANKLEIBEN,
„BEKLEIBEN; *entweder weil umb die zeit des*
„*Iahres alles zu bekleiben und in ſein Wachsthum*
„*zu treten und zuzunehmen anfänget, oder auch,*
„*wie andere wollen, weil die Menſchliche Natur*
„*des Herrn Chriſti zu der zeit in dem Leibe der*
„*Heil. I. Marien zu bekleiben angefangen.*„ IL-
MANNVS *in Faſtis Chriſt.* MSC. p. 123. unice a cauſis rerum naturalium derivat his verbis:
„*Dicitur etiam apud Germanos hic dies* FRAV
„BECLEIBVNG, *quia in ejus vigilia omnis ge-*
„*neris ſemina ſpargi, & plantæ conſverunt trans-*
„*plantari, ſpe, (forte ob Mariæ interceſſionem)*
„*eas a frigore verno poſtmodum non læſum iri,*
„*ſed uberiores fructus eſſe laturas. Tantum va-*
„*let ſemel concepta ſuperſtitioſa opinio!*„

In monumentis vetuſtis etiam non raro legitur generatim: *vnſer lieben Frauen Tag*, vel *unſer lieben Frouwen Abind*, v. g. in Dipl. Oldesleb. de an. MCCCLIX. item ap. OLEARIVM *in Reb. Thur.* P. I. p. 239. & ap. SCHANNAT. in *Client. Fuld.* p. 270. & paſſim alibi. *Unſer lieben Frauen Tag in genere quale feſtum?* Forſitan κατ' ἐξοχὴν hoc Feſtum Annunciationis intelligi voluerunt veteres, quod ATHANASIVS in *Enarrat. Evang. de S. Deipara unum ex Dominicis atque adeo primarium & prorſus venerandum* vocat. Certe in RETHMEIERI *Chron. Brunſvic.* p. 731. dicitur: *auf unſer lieben Frauen Abend*, & mox: *die folgendes Donnerſtags in den Heil. Oſtern aufgehenget wurden.* Sed vereor tamen,

ut

Martius. ut aliquid certo ſtatui poſſit, quia ſuppetunt exempla in contrariam partem. Sic in Dni MVLLERI *Annal. Saxon* p. 56. & ap. WENCKER. *de Archiv. & Cancell. Iur.* p. 395. notat diem 2. Iulii ſive Feſt. Viſitat. Mariæ; in SCHILTERI *notis ad Koenigshov.* p. 987. Feſtum Nativ. ejus &c. ut adeo veterum ea in re incuria potius ſit vituperanda, qui ſæpiſſime ipſam quoque diei notationem ſubſcriptionibus addere neglexerunt.

§. XXI.

Dom. Palmarum. Paſcha floridum. DOMINICAM PALMARVM dici ab antiquis *Paſcha Floridum* CANGIVS notat in *Gloſſario* voce *Paſcha*, eamque Galli adhuc nominant *Pâque fleurie.* In Diplomatibus German. legi-

Pluem Oſtertag. tur: *an dem Pluem Oſtertag.* Sic in STEYERERI *Hiſt. Alberti II.* p. 52. *des naegſten Montags nach dem* PLVEM OSTERTAG. Conf. DVELLII *Excerpta Geneal.* p. 208. qui c. l. p. 15. exiſtimat, ſignificari *Dominicam Palmarum*, in eaque conjectura per hoc ſe confirmari ait, quod *Pluem* ſeu *Bluem florem* Germani noſtri dicere conſueverint. Equidem huic Magiſtro in ſua arte perito ac probato libenter credo, & eo magis, quod locus ex STEYERERO a me allegatus id poſtulare videatur. Sed illud tamen moneo, in ejusdem Dni DVELLII *Miſcellaneis* L. I.

plaue Oſtertag. p. 426. occurrere *der plaue Oſtertag*, quæ vox nempe longius diſtat a Germanica *floris* derivatione, & forſan eſt corrupta, niſi a violaceo colore,

lore, quo in templis exornandis tunc uti con- *Aprilis.*
ſueverunt, quis derivare malit.

APRILIS.

§. XXII.

Hebdomas ante Paſcha ſicuti *pœnalis* & *laborioſa* dicitur a Latinis Patribus, a Gallis *la Semaine peneuſe* & a nobis *die Marter-Woche;* ita quoque *Carwoche* ex Dni WACHTERI mente *Carwoche.* dicta eſt quaſi *luctuoſa* & *feralis*, quod Servator in illa multa triſtia & ultimum denique ſupplicium paſſus eſt. Cur *Hebdomas Magna* dicatur, *Hebdomas Magna.* variant Scriptores. Dns FAES *de Hebdom. Magna* p. 36. putat, a Paſchatos denominatione, quæ ſimul inhæſerit hebdomadi præcedenti. GASSARVS in *Annal. Auguſt.* ap. Dn. MENCK. T. I. p. 1637. B. ait, a ſacrorum ritu. Sic etiam vetus Expoſitio Feſtorum MSC. Bibl. Paulinæ explicat: *quia ob maxima officia* (quæ ſcil. Eccleſia per illam hebdomadem agit) *inſignis habetur.* Repugnat FAES c. l. eo quod illa officia multo ſint recentiora hoc nomine. At vero conciliari diſſenſus poteſt, ſi dicamus, aliam veteris Eccleſiæ, aliam Medii Ævi potuiſſe eſſe nominandi derivandique rationem. In Officio Ambroſ. & in ARNVLPHI *Geſtis Mediol.* apud LEIBNIT. T. III. *Script. Brunſuic.* p. 743. vocatur *Hebdomas authentica* ob excellentiam itidem officiorum. Conf. FAES c. l. p. 72. Dicitur etiam *die ſtille Woche* a ſilentio campanarum, *ſtille Woche.* orga-

Aprilis. organorum, muſices. Item aliquando *die Creutz-*
Creutz-Woche. *Woche*, vid. Gloſſa ad Lehn-Recht c. IV. & B.
IO. ANDR. SCHMID. *de Feſtis.*

§. XXIII.

DIES MARTIS in Hebdomade Magna paſſim
blaue Dienſtag. apud Catholicos vocatur *der blaue Dienſtag.*
Apud VALVASSOR. *de Ducatu Carniolæ* L. XI.
p. 531. huic diei datur nomen *der Atlas Dienſtag*,
quod corruptum pronuntiare non dubitabo ad
Diem Viridium in not.

§. XXIV.

DIES MERCVRII ridiculo nomine vocatur
krumme Mitt- *die krumbe Mitwuche* in KOENIGSHOV. *Chron.*
woche. *Alſat.* p. 188 Obſervat. ibi Dns SCHILTER.
in Indice: „*Iſt die Mitwoch in der Marter-Woche*
„*vor dem grünen Donnerſtag, ſo hernach im*
„*Jahr MDCIII. uf den Mitwoch nach Oſtern*
„*gelegt worden.*„ Diu anceps ac ſolicitus fui
de translatione, quam hic memorat SCHILTE-
RVS, donec ex *Gloſſar.* ejus *Teut.* p. 521 intel-
lexi, illum loqui de particulari quadam conſue-
tudine Argentoratenſi, & quidem de mercatu,
qui ob abuſus & tumultus translatus fuerit in
diem Mercurii Hebdomadis Paſchalis. Ob-
ſcura ſatis ejus explicatio ita ſe habet ſub voce:
krumme Mittwoche: „*Quum olim a die Cinerum,*
„*Aſcher-Mittwoch, usque in vigilias Paſchales*
„*incluſive Mercatus poſt Monaſterium (uf dem*
„*Fron-Hofe) celebraretur, propter abuſus an.*
„*MDCIII. translatus eſt in hebdomadem Paſcha-*
„*le, diem ☿.*„ At vero non Argentorati ſolum

in

in usu fuit nomen portentosum *der krummen Mittwoche*, sed etiam in plerisque locis Pontificiæ religionis auditum est olim & adhuc auditur. Ap. HOTTINGER. *in Helvet. Kirch. Gesch.* P. II. p. 600. *von der* KRVMBEN MITTWOCHEN *vnz an den hohen Samstag.* Imo in Dipl. Balthasaris Landgr. Thur. de anno MCCCLXXIII. in SAGITTARII *Hist. Goth.* p. 413. subscriptio est: *An der* KRVMMEN MITTEWOCHEN *nach dem Palm Sontage.* Neque porro ratio SCHILTERI ad persuadendum est accommodata. Veram atque elegantem explicationem mihi tradidit Cl. Dns OTTO de GRABEN: quia scil. in consiliis Pharisæorum, in capiendo Christo &c. tumultuarie omnia injusteque acta erant (*es war alles krumb zugegangen*) inde ortum esse ritum, ut in templis Pontificiorum hac die post matutinum decantatum (*nach der so genannten Rumpel-* sive *Pumper-Metten*) maximus fiat fragor & tumultuosus insultus turbulentusque quasi furor puerorum & totius concionis. Aprilis.

§. XXV.

DIES VIRIDIVM sive COENÆ DOMINICÆ vulgo ad imitationem Latini nominis dicitur *der grüne Donnerstag*. Unde hoc ei nomen sit, ignorare se profitetur prudens antiquitatum Eccles. investigator HILDEBRANDVS. THEOD. THVMMIVS *de Fest. Judæor. & Christian.* per allusionem ita interpretatur, quod cum arefacta essent sacrificia Vet. Testamenti, Salvator, [redacted] grüne Donnerstag.

Aprilis. vidicum illud germen & radix Jeſſe, in locum aridorum Sacramentorum plantaverit novum, cujus beneficio fides noſtra revireſcat. DRESSERVS *de Feſtis* p. 66 hanc reddit rationem: „*Jovis dies, qui ex viriditate nominatus eſt der „grune Donnerſtag, propter paſſum Chriſtum ἀει- „θαλῆ καὶ ἀείζωον, perpetuo florentem & viven- „tem, ſecundum Theophylactum.*„ Quam pro- „bat conſenſu ſuo GRETSERVS *de Feſtis* L. I. c. 19. In cujus rei memoriam forte ſolet hac die vulgus edere herbas virides multorum generum, imo, ſi deſint aliæ, urticas.

gute Donnerstag. In Chronico Picturato ad an. MCCCCXXII. dicitur *der gude Donnersdag*, ut patet ex LEIBNITII T. III. p. 201. & 475. n. 119. & ex REHTMEYERI *Chron. Brunſv.* p. 709 item ex LVDWIGII *Rel.* MSS. T. V. p. 230. ubi: *den* GVTEN DORNSTAG *und den ſtillen Fritag.* Bonifacii IX. Bulla in B. IO. ANDR. SCHMIDII Diſſ. *de Adamo Halberſtad.* p. 3. vocat *bonam quintam feriam in Cœna Domini.* In Chronico Magdeb. MSC. quod multo correctius ac plenius eſt editione vitioſa & manca MEIBOMII (in Tom. II. *Script. Germ.*) ſub Nortberto AEp. etiam hoc nomen occurrit; quem locum ab inſtituto noſtro non alienum, & quia in MEIBOMIO non legitur, ex Codice afferemus: „*Diabolus cives „Magdeburgenſes in odium illius cœpit concitare „in tantum, quod ordinaverant eum occidere. „Cum enim in* BONA QVINTA FERIA *Archi- „epiſcopus introniſaret pœnitentes, quidam vir*

ad-

„*admiſcens ſe calveſtricibus ſub habitu pœnitentis,* Aprilis.
„*cum aliis voluit accedere ad Archiepiſcopum. Sed*
„*Archiepiſcopus in viſione præmonitus, videns*
„*illum, dixit familiæ ſuæ, ut togam illius ſuble-*
„*varet. Quo facto inventus eſt, cultellum evagi-*
„*natum, qui* Ruteling *dicitur, ſub toga habere.*
„*Qui apprehenſus fatebatur ad interficiendum*
„*Archiepiſcopum ſe fuiſſe conductum, & veniens*
„*petiit veniam ab Archiepiſcopo, reconciliatus*
„*eſt.*„ GE. TORQVATVS *in Brevi Hiſt. Præſulum Magdeb.* MSC. non leviter & quaſi curſim (ut videri poſſit) ſed cum quadam explicatione ita: *Cum enim* DIE QVADAM IOVIS SANCTA *Archiepiſcopus pœnitentes de more apud Eccleſiam introniſaret* &c. Nam ſic quoque legitur in Dipl. Brem. ap. LEIBNIT. T. II. p. 255. *in* DIE IOVIS SANCTA *criſma conficiet.* Germani quidam & inprimis Helvetii nominant *den hohen Donnerſtag*, quia inter omnes ferias quintas per annum nulla alia eſt ſolennior & celebrior, ut recte notat HOSPINIANVS fol. 48. DVRANDVS *in Ration.* L. VI. c. 75. ait, Feſtum hoc omnia alia excellere, excepto Trinitatis Feſto. Unde COSMAS PRAG. ad a. MLV. ap. MENCK. T. I. p. 2034. vocat *diem magnæ feſtivitatis.* Expoſitio illa Feſtorum MSC. Biblioth. Paul. cauſas præcipuæ hujus ſolennitatis breviter complectitur: „*Feria quinta ex quatuor cauſis cele-*
„*bris habetur. Hac die criminoſi ab eccleſia ejecti*
„*recipiuntur. Hac die criſma & oleum conficiun-*
„*tur. Hac die Dominus mandatum fecit. Hac die*

hohe Donnerstag.

Aprilis. „*cum diſcipulis cenans corpus ſuum tradidit.* „*Hic* DIES (*ee*) INDVLGENTIE *ap-* „*pellatur, quia hodie penitentibus a paſto-* „*ribus eccleſie indulgentia datur, & cri-* „*minoſi peracta penitentia hodie in eccle-* „*ſiam introducuntur. - - Hodie gloria in excel-* „*ſis ad criſma cantatur, quia angelicus chorus de* „*reconciliatione penitentium & unctione creden-* „*tium letatur.* VESTES SOLEMPNES DAL- „MATICA & SVBTILE *hodie portatur.*„ Quæ ultima verba probabilem valde conjecturam ſuppeditant, quamobrem alicubi dies hic vocetur *der weiſe Donnerſtag*, Bellis *te witte Donderdach* in Vet. Chron. Belgico in Dn. ANT. MATTHAEI *Analect. Vet. Ævi* T. I. p. 79. & in EIVSD. *Scriptor. Rer. Amorfort.* p. 214. ubi: *op den goeden Vrydach verbrant oock St. Joris kercke, daer alleen dat heylige Sacrament bleeff, dat op den* WITTEN DONDERDACH *geconſacreeret was.* Gallis etiam *Jeudi blanc.* Scilicet a Dalmaticis ſive albis veſtibus Sacerdotum. GOD. LVDOVICI in *Diſſ. de Septimana Sancta* (Lipſ. 1692.) §. XV. nomen hoc ducit a panibus triticeis (*von den weiſen Herren-Broden*), qui in quibusdam locis hac die diſtribuuntur pauperibus. At mihi quidem ea credibilis & accurata non videtur derivatio, quamvis norim, in multis locis pauperes ejusmodi panibus donari, imo & inſtructis epulis adhiberi, ut exemplo eſt magnum illud con-

weiſe Donnerstag.

(*ee*) Item ABSOLVTIONIS. Gallis *Jeudi abſolu.* CANGIVS ſub

convivium, quod in Bohemia hoc die a Guber- *Aprilis.*
natore Domus Hradecenſis &c. apparatur, (DVLCEM PVLTEM vocant) in quo non raro ſeptem millia pauperum convivarum, ex tota vicinia confluentium numerantur. Lege BALBINI *Miſcell. Bohem. Dec.* I. L. III. p. 189. ſq. Si quid ſententiæ Ludovicianæ dandum eſt, dixerim, in vulgo pauperum eam eſſe ortam derivationem, quippe quibus acceptiſſima eſt hujus diei liberalitas; peritiores vero ab ornatu templorum, ut alia, ſic & hoc nomen duxerunt. Cæterum in B. SCHILTERI *Theſ. Antiqu. Teut.* T. II p. 144. Dns SCHERZIVS allegat literas Sigismundi Auſtriaci ad Fridericum I. Elect. Palat. de an. MCCCCLXXIV. quarum ſubſcriptio: *Geben zu Coſtenz an dem heiligen* WEICHEN PFINTZTAG, i. e. *die Viridium.* Quæ *weiche Pfintz-tag.*
lectio an vere ſe habeat, in medio nunc reliquo.

Tandem etiam dicitur der *Antlas*-ſive *Antlatz-* *Antlas-Tag.*
Tag apud Dn. PEZIVM T. I. *Script. Auſtr.* p. 1138. In HVNDII *Metrop. Salisb.* T. II. p. 299. „*Ez ſuln auch Ritter und Frawen alle Jahr* „*fünff ſtundt unſers Herren Leichnam empfahen,* „*ze Weichnächten, an dem* ANTLAZTAG, „*an dem Oſtertag, zu Pfingſten und an unſer* „*Frawen Tag in der Vaſten.*„ Conf. Jus Provinc. Aleman. c. 28. in SCHILTERI *Theſ. Antiqu. Teut.* T. II. p. 154. ubi Dns SCHERZIVS gloſſam ex Cod. Vffenbachiano affert: *das iſt an*

ſub *Abſolutio.* Egregie hinc illuſtratur Auſtriacorum *Antlas-Tag*, de quo mox.

Aprilis. *dem grone Donerſtage*, ſimulque in Auſtria adhuc hodie *der Heil. Antlaſs-Pfingſtag* (*ff*) nominari tradit. Nomen hoc derivat a voce *Antlaz*, quæ antiquis *veniam*, *remiſſionem* notabat, quia Chriſtus illa die S. Cœnam ob remiſſionem peccatorum inſtituit. Quæ derivatio eſt longe veriſſima, eamque confirmat, 1) quod apud Auſtriacos *indulgentiæ* nominantur *Antlaſs*, vid. VNRESTI *Chron. Carinth.* in Dn. HAHNII *Monum.* T. I. p. 483. & 556. unde etiam ſolennia Dedicationum, in quibus uberrima indulgentiarum ſolet eſſe largitio, ab iis vocantur *Antlaſs*-communiter *Ablaſs-Täge*, ſicut in Chron. Sampetr. Erfurt. MSC. ad an. MCCC LIV. *Feſtum* INDVLGENTIAE *noſtræ.* 2) quia Expoſitio illa MSC. Feſtorum in loco paulo ante allegato diem hunc vocari tradit *Diem Indulgentiæ*, addita ratione (quæ rei propior eſt quam illa SCHERZII) *quia hac die pœnitentibus* INDVLGENTIA *datur & peracta pœnitentia* ABSOLVVNTVR *& in Eccleſiam recipiun-*

(*ff*) In VALVASSOR. *Topogr. Carniolæ* L. XI. p. 531. ita legitur: „ *In dem Kloſter Sittich theilet man den* DIENSTAG „ VOR OSTERN, *ſo man den* ATLAS DIENSTAG *insge-* „ *mein nennet, jedwedem, ſo ins Kloſter kommt, unter dem* „ *Thor, einen Pfenning und zwey Semmel-Brod aus, und* „ *ſoll dieſes Brod, wo anders dem gemeinen Gerücht Glauben* „ *beyzumeſſen, niemahls ſchimmeln.*„ Latine: „ *In mona-* „ *ſterio Sitticenſi* DIE MARTIS, *qui vulgo* ATLAS DIENS- „ TAG *dicitur, ante Feſtum Paſch unicuique accedenti da-* „ *tur in introitu nummus ac duæ ſimilæ. Cui pani (ſi fa-* „ *bulæ hominum fides eſt) eam ineſſe ferunt virtutem, ut* „ *nullo*

piuntur. Itaque nunc defero & abjicio illam, *Aprilis.*
quæ mihi olim in mentem venerat, derivationem a voce *Antlitz* quaſi *Dies S. Faciei*, quippe quo Chriſtus propter extremum animi moerorem facie in terram prolapſus, ſanguinem ſudavit. Succurrebat, *Antliz* a veteribus dici *Antlatz*, *Antlat*, ſicut in Rhythmis de Carolo M. in Chron. AEpiſcopor. Bremenſ. MSC. *ſchœne von* ANTLATE. Fruſtra Omni jure ac ſine ullo dubio huc referri debet locus ex Conſtitutione Rudolphi I. Imp. de Pace Publ. in LEHMANNI *Chron. Spir.* L. V. c. 108. p. 629. *in des Babeſtes Banne, den man jergelich kündet an des* ANCLASES TAGE. Nam in Alberti I. Conſtitut. ſcribitur: *an dem* ANTLAZ TAG, & utrobique illa intelligitur excommunicatio, quam die hoc Viridium quotannis Pontifex ſolenniter pronuntiat. Hujus loci etiam eſt, quod HVNDIVS *in Metrop. Salisb.* T. I. p. 25. memorat, Eberhardum Epiſc. ædificaſſe *ædiculam Venerabilis Sacramenti*, ordinaſſeque lumen perpetuum & cam-

 panam,

„*nullo tempore muceſcat aut corrumpatur.*„ Qui rei momenta paulo curatius conſiderat, non mirabitur, me huc retuliſſe locum, (ſi faciem videas i. e. verba ſpectes) alio pertinentem. Sed ut paucis dicam, qui dialectum VALVASSORIS Auſtriacam in elegantiorem mutavit, ERASMVS FRANCISCI, cum legeret: *Antlas-Pfingstag*, nec vim vocum caperet, locum (ut ei videbatur) pravum ſanare, imo vero ſanum ſatis temere depravare inſtituit & ſcripſit: *Atlas-Dienſtag*. Vtinam vero & vocem *Atlas* nobis explicuiſſet, morisque rationem ad diem Martis accommodaſſet!

Aprilis. nam, feria ſexta pulſandam, quod vulgariter dicatur *den Antleſs leuten.*

§. XXVI.

DIES MORTIS CHRISTI (Latinis *Paſſio Domini* & nox præcedens *Nox Paſſionis*) lingua vul-
Carfreitag. gari vocatur *der Carfreytag*, item alicubi *der Caren Freytag.* Lis ac diſſenſio eſt inter eruditos de vocis *car* derivatione vi ac ſignificatu. HILDEBRANDVS *de Feſtis* p. 62. ducit ab antiqua voce forenſi *kar* i. e. *mulcta, ſatisfactio* (*gg*), unde formula: *Er hat ihm einen Abtrag*, KAR *oder Wandel gethan.* Quæ ex HOSPINIANO fol. 45. habet. Ita ſentit quoque CHRN. CLAIVS *in Diatr. de Die Magnæ Paraſceves.* Lipſ. 1697. Sed hanc Etymologiam ſuffragio veterum deſtitui ait Dns WACHTER *in Gloſſar.* p. 107. ſq. qui derivat ab antiquo *garon*, *præparare*, quia hic dies Interpreti Anglo-Saxonico dicatur *Gegearcungtæg* & TATIANO *Garotag*, Latinis *Paraſceves*, Germanis *Rüſt-Tag.* Eadem habet Dns SCHERZIVS in SCHILTERI *Theſ.* T. I. p. 287. Forſan nec male huc pertineat ea, quam WACHTERVS de voce *Carwoche* protulit & nos ſupra recitavimus, derivatio; quo reſpicere videtur ERTMANNVS *in Chron. Osnabrug.* ap. MEIBOM. T. II. p. 251. qui *Diem Paſſionis lugubrem & doloroſum* vocat.

gute Freitag. Dicitur etiam *der gute Freitag.* PIRNENSIS

(*gg*) Pia magis quam vera eſt opinio B. SCHILTERI in *Gloſſ. Teut.* p. 163. qui derivat a *car*, *cura*, *ſollicitudo*, *quia tem-*

sis MSC. „*Simon ein kint* IIIj *Jar alt, wart* Aprilis.
„*von den Juden zu Trient an der Etczſch am gru-*
„*nen Dornſtag vorruckt und am* GVTEN FREI-
TAGE - - *gemartert.*„ *In* ROHTII *Chron.*
Thur. ap. Dn. MENCKEN. T. II. p. 1769. B.
Dicemannus Princeps interfectus dicitur *zu der*
Dinſtermettin (leg. Vinſtermettin) *an deme* GV-
DIN FRITAGE, *do man di lichte noch der*
Gewonheit der heiligin Criſtinheid leſchete, under
deme Geſange Benedictus. Ex quo hauſit SPA-
LATINVS in Vitis Landgravior. MSS. qui ait:
am heil. CHARFREYTAGE *in der Finſter Met-*
ten, wen man die Licht ausleſcht. Belgice vocatur
etiam *de goede Vrydach*; & in LVNIGII *Spicil.*
Eccleſ. P. II. *Anhang* p. 51 *bona ſexta feria.* Gallis,
Hiſpanis & Italis *Sanctus Dies* nominatur, vid.
FRANC. IVNII *Nomenclat.* p. 558. Anglo-Sa-
xonibus item Danis hodieque *langa Frige-dæg*
i. e. magna, παρασκευὴ μεγάλη. Frequentior
eſt apud nos vox *der ſtille Freytag*, quaſi quo *ſtille Freitag.*
Chriſtiani omnes triſti lugent ſilentio tacitaque
mœſtitia ſtupent, vel quia eo apud Pontificios
nec tympana nec campanæ & ne quidem horo-
logia pulſantur.

§. XXVII.

Vigilia Paſchatos inde ab antiquiſſimis tem-
poribus nomen habuit SABBATHVM SAN- *Sabbathum*
CTVM, quod ita dici putant, præcipue a ſacro *Sanctum.*

tempus paſſionis Chriſti cum ſera pœnitentia & cura animæ
transigendum ſit. Hæc cura, hæc pœnitentia pertinet ad
omnes dies totius anni.

baptismi fonte, qui illa die ſacrabatur, vid. CANGIVS. Helvetii nominant *den hohen Samſtag.* HOTTINGER. c. l. p. 600. Hoc Sabbathum quantæ ſemper fuerit exiſtimationis, Dns IO. FAES expoſuit in L. III. *de Hebdomade Magna.* Apud Pontificios hac die omnia lumina in templis extinguuntur, olea benedicta, ſi qua ſuperſunt, comburuntur (quod vulgus *den Judas verbrennen*, ipſumque diem *den Judas Sambſtag* vocat) & ex novo excitato igne accenduntur luminaria, quæ per totum annum ardeant, & præcipue Cereus Paſchalis (*die Oſter-Kertze*). In S. Sepulchro Hieroſolymitano hora conſecrationis cerei, in Sabbatho Sancto Paſchatos quotannis olim veniſſe ignem cœleſtem & tres lampadas ibi poſitas accendiſſe tradunt.

hohe Samſtag.

Judas-Samſtag

§. XXVIII.

FESTVM PASCHALE in Dipl. MSC. Friderici Gravis de An. MCCCXXXIV. appellatur *Sancta Dies in hebdomade Paſchatos.* Apud CANGIVM ſub *Dominica*, dicitur *Dominica Sancta in Paſcha.* Auſtriaci dialecto duriori efferunt: *Aſter-Tag*, vid. DVELLII *Excerpta Geneal.* p. 195. & Ill. Comitis de WVRMBRAND *Collect. Geneal.* p. 76. De nomine *Pluem Oſtertag* vide paulo ante ſub Dom. Palmarum.

Feſt. Paſch.

Aſter-Tag.

§. XXIX.

DOMINICA QVASIMODOGENITI, quæ eſt Octava Paſchalis, a Solodurenſibus dicitur *der Bonen-Sonntag.* HAFFNERVS *in Soloturn. Schau-Platz* P. II. p. 180. & ex eo HOTTINGER. *in*

Dom. Quaſimodog.

Bonen-Sonntag

in Helvet. Kirchen-Geſch. P.I. p.493. ritum ita exponunt: „*Zum Gedächtniſs der Erhebunge „der Thebaiſchen Leiber gibt man zu Solothurn „jährlich am* ERSTEN SONTAG NACH „OSTERN, *allen und jeden Perſonen, ſo zum „Gottesdienſt in S. Vrſen Münſter kommen, ohne „Vnterſcheid Geſchlechts und Alters,* EINE BO„NEN, *darfür etwas zubetten, und wird darum „* DER BONEN SONNTAG *geheiſſen.*„ Additur etiam in HAFFNERO: „*Diſe Gewohnheit „war an. 1540. abgeſtellet; weiln aber bald her„nach die Peſtilenz einriſſe, wurd gebotten, die „*BONEN *wie vor Alters her auszutheilen. - - „Die Ceremonie iſt noch heut zu Tag üblich.*„ Celebrabant & Athenienſes quondam in honorem Apollinis Pyanepſiorum feſtum, quaſi κυάμων ἑορτήν, quod *Bohnen-Feſt* Germanice dixeris, de quo egit BAVDELOTVS de DAIRVAL *in Diſſ. Fête d' Athenes repreſenté ſur une Cornaline antique du Roi*, Pariſ. 1712. 4. citante Dno FABRICIO *in Bibliogr. Antiqu.* p. 321. ſq. *Aprilis.*

§. XXX.

DIE VENERIS *poſt Dominicam Quaſimodog.* ſive feria VI. poſt Octavam Paſchatos Innocentius VI. anno MCCCLIV. hortatu Caroli IV. Imp. *Feſtum Armorum Chriſti* celebrandum inſtituit. Vid. Dni a LVDWIG *Diſſ. de Noriberga Inſignium Imperii tutelari in Append.* Germanice vocatur *das Heiltum-Feſt*, & ita intelligendum puto locum in WENCKERI *Archivi & Cancell. Jurib.* p. 390. in literis Sigismundi Imp. *Feſtum Armorum Chriſti.* *Heiltum-Feſt.*

zwi-

Aprilis. zwiſchen hie und dem nechſten HEILTVM. Vid. IO. HENR. von SEELEN *Diſſ. de Feſto Lanceæ & Clavorum Chriſti*, *Flensb. 1715.* MONACHVS PIRN. ſub tit. *Heyligtum:* „*und wart ein* FEST VON DER LANCZEN CRISTI *nach Oſtern aldo* „*durch den Pabſt verordnet czuhalten.*„ Cæterum quælibet fere provincia & civitas peculiarem habet diem feſtum ſuarum Reliquiarum, v. g. in Epiſcopatu Halberſtad. erat dies proxime ſequens Aſſumptionem Mariæ, vid. Chron. Montis Ser. ad an. MCCIII. Ita in Chron. Halberſtad. ap. LEIBNIT. T. II. *Script.* p. 146. „*Hunc adventus* RELIQVIARVM DIEM *Dns* „*Epiſcopus ſtatuit per Diœceſin univerſam, videli-* „*cet XVI. Cal. Sept. annua revolutione eſſe cele-* „*brem ac ſolennem, & ut Conventuales Eccleſiæ* „*ad majorem Eccleſiam ſtationem haberent, con-* „*ſolationem honorificam eis ordinavit.*„ Erfordiæ Hebdomas Paſchalis erat *Septimana Reliquiarum*, vid. Chron. Sampetr. Erford. ad an. MCCXCIV. & MCCXC.

§. XXXI.

Feria II. IV. & VI. poſt *Dominicam Miſericordias Dom.* & *Dominicam XIX. poſt Feſt. Trinit.* habebatur olim & ad noſtram quoque ætatem habetur in Diœceſi Moguntina peculiare *Jejunium* magnum, quod *Banni* vulgo vocant, *die* Bann-Faſten. *Bann-Faſten*, ſecundum verſiculum:

Poſt SALVS *&* MISERI *tibi erunt* IEIVNIA BANNI.

In ENGELHVSIO ap. LEIBNIT. T. I. p. 1087. traditur, inſtitutum eſſe hoc Jejunium

junium in Concilio Mogunt. a Leone IX. an. MLI. Sed origo paulo eſt antiquior, primumque memoratur in Concilio Mogunt. anni MXXIII. Cœpit autem tempore diræ cujusdam luis, quæ in homines ac beſtias ſæviebat, cujus mali avertendi cauſa habebantur per triduum illud proceſſiones & jejunia cum orationibus & abſtinentia carnium. Vid. SERRARII *Res Mogunt.* ap Dn. IOHANNIS T. I. p. 102. Nomen habent vel a *banno* ſive publico edicto pœnali, quo erat ſancitum (quod eſt probabilius); vel quia ad Dei bannum ſeu pœnam avertendam inſtituebatur ab his, qui ſe ira divina ex merito dignos agnoſcebant. *Aprilis.*

§. XXXII.

DIES S. CHRYSOSTOMI apud DVELLIVM *in Excerpt. Geneal.* p. 190. dicitur *ſand Johannes Tag mit dem guldenen Munde.* *Dies S. Chryſoſtom.*

§. XXXIII.

DIES S. MARCI Evangel. (25. April.) in Dipl. MSC. Alberti (Apecz) Quaczens de an. MCCCXLVII. nominatur *S. Marcus Tag des Evangeliſten nach Oſtern als man die Creucze treget.* Dicitur & *Litania Major*, ut ap. HERMANNVM CONTR. ad an. MXLVIII. *S. Marci feſto in* LITANIA MAIORE *apud nos acto.* Vide mox plura ſub *Dom. Rogate* in not. Halæ Saxonum antiqua & ſolennis erat conſuetudo, ut hoc die S. Marci Venerabile Sacramentum, Corpus Dominicum extra muros a ſingulis Plebanis in totidem Monſtrantiis (quas vocant) per circui- *Dies S. Marci.* *Litania Major.*

tum

Majus. tum urbis in magna proceſſione totius Cleri & populi circumferretur. Quem ritum emendavit BVSCHIVS Reformator, unamque hoſtiam publice circumferri conſtituit, ex ratione, ne, dum ſinguli Parochi haberent ſuas hoſtias, ſinguli quoque proprium Deum & plura Corpora Dominica habere viderentur, vid. Dni LEIBNITII *Tom.* II. *Script. Brunſv.* p. 816.

MAIVS.

§. XXXIV.

Meyetag. CALENDÆ MAII dicuntur *der Meyetag* ap. WENCKER. *de Pfalburg.* p. 128. *& de Vsburg.* p. 30. Apud KOENIGSHOF. p. 336. *XIII. tage nach dem* MEYETAGE *des Jores.* In notis SCHILTERI ad eundem p. 810. *Sambſtag vor dem* MEGETAGE. Solennes olim fuerunt conviviis & alia voluptate, ut apparet ex LEIBNITII *Script. Brunſvic.* T. III. p. 262 „*Anno* „MDXXVI. *am ſondage Kiliani d. 8. Julii hielden* „*die becker von Hildensheimb, Braunſchwieg,* „*Hannover, Alfeld und andere umbliegende ſtede* „*œhren*

(*bb*) Locum egregium de his *diebus Rogationum* excerpſit B. SCHILTERVS *in Gloſſar. Teut.* p. 190 ex Hiſt. Lombard. MSC. Inter alia: „*An ſante Marckens tage iſt der* ME„RESTE KRVTZEGANGE, *der andere iſt drige tage vor* „*unſers Herren Vffart, und heiſſet der* MINESTE KRVTZE„GANG, *das heiſſent* ROGATIONES.„ Addo etiam dici Litanias. Ita dies S. Marci nominatur *die groſſe Litaney* in SCHILTERI *notis* ad KOENIGSHOV. *Chron.* p. 460. & *Letania Major* ſive *Paſſio S. Marci* in antiquo Calendar. Cor-

„œhren GROTEN MEYERTAG *in Hildens-* *Majus.*
„*heimb*, VND WORDEN DO ALLE KELBER
„VON DENSELBEN VPGEFRETEN.„ In Indice ibi notatum eſt: *Solennia circa menſem Majum.*

§. XXXV.

A Dominica Rogate ſive Vocem Jucunditatis incipiunt ROGATIONES, *die Betwoche*, Anglo- *Betwoche.*
Saxonibus *Gangwuca*, Anglis *Proceſſion-Week*; & triduum illud, *Dies Litaniarum* ſive *Litanias* ap. HERM. CONTR. ad an. MLII. vulgo *Bet-* ſive *Gang-Tage* (vid. B. TENZELII *Monatl.* *Gang-Tage.*
Vnterred. de an. MDCXCI. p. 680.) verſio antiqua in LVDWIGII Reliqu. MSS. T. I. p. 219. exprimit: *die Tage als man die Crutzen tregt (hh) for der Uffart unſers Herrn.* Unde quoque dicitur *die Creutzwoche*, ſicut in BOTHONIS *Creutzwoche.*
Chron. Pictur. ad an. MCCCCLXVI. vid. CARPZOVII *Evangel. Vorbilder und Frage-Predigten* P. I. p. 743. Fridericus Simplex Landgr. Thur. in veteri Chron. MSC. in TENZELII *Suppl. Goth.* II. p. 330 obiiſſe ſcribitur *am frytage nach Vocem Jucunditatis*; MONACHVS autem PIRN. ſub

Corbej. ap. MARTENE in *Theſ. Anecdot.* T. III. p. 1597. Ita in Chron. Mindenſi ap. MEIBOM. T. I. p. 572. Albertus Epiſc. in nocte B. *Marci* Evang. obiiſſe dicitur, quod eſt in verſibus ſepulchralibus: *Quando* PIA MAIOR *canitur* LETANIA. *Litaniæ* proprie ſunt preces & ſupplicationes in templis & ſacris Eccleſiis. Deinde etiam, cum Litaniæ in Proceſſionibus publicis fere ſemper concinerentur, ipſa *Proceſſio Litania* appellata eſt, vid. CANGIVS *in Gloſſ.* & BARON. *in not. ad Martyrol.* p. 254. ſeq.

Majus. ſub *Weiſenſehe* habet: *Sonnabent in der* CREVTZ-WOCHE. Quod nomen huic hebdomadi uſu loquentium ſæpius tribuitur, quam Hebdomadi Magnæ. Vide ſupra. Inſtituit enim anno CCCC-LXVI. tempore magni mali Mamertus Viennenſis in Gallia Epiſcopus, ut, quo magis iræ cœleſtes mitigarentur, jejunarent his diebus homines & ſimul etiam, in honorem inventæ crucis Dominicæ, cruces portarent. Quem morem ſequentia ſecula diligenter ac religioſe ſervarunt, neglecto inſtituto antiquorum, qui totos eos L. dies, qui a Paſchatis Feſto usque ad Penthecoſten numerantur, a jejunio, imo & a genuflexione immunes eſſe voluerant. DALLÆVS *de Jejun.* L. IV. p. 739. WILDVOGEL. *de Jure Feſtor.* p. 174. ſq. Adde *c.* 17. *diſt* 30. Apud Pontificios habentur etiam his diebus Proceſſiones ſolennes, *Bet-Fahrten*, & Sanctorum imagines cum cantu, vexillis & crucibus per agros & frumenta, in modum veterum Ambarvaliorum, pro conſervatione meſſium circumferuntur, vulgo *da man mit Creutzen um Bahn und Feld gehet.* MART. RVLANDI *Nomenclat. Trilingv.* p. 30. Unde etiam nomen *der Betfahrts-Wochen.* Melior inter Evangelicos alicubi viget pietas, qua ruſtici circa idem tempus conveniunt in templis, conjunctisque precibus Deum invocant, ut fruges agrorum, & arborum vitiumque flores ac gemmas, quæ tunc facile aliquid detrimenti capere poſſunt, a calamitate & grandine defendat, quod vocant *die Hagel-Feyer.* WILDVOGEL. c. l. p. 181.

Betfahrts-Wochen.

DIES

§ XXXVI.

Majus.

DIES S. IOHANNIS ante PORTAM LATINAM in HVNDII *Metrop. Salisburg.* T. III. p. 430. exprimitur *S. Johannis Tag vor den Wäliſchen Thor*, & cadit in 6. Maji, quo recolitur memoria Evangeliſtæ, ante Portam Latinam Romæ (ut ferunt) in fervens oleum injecti & miraculoſe ſervati. Portam hanc Latinam majores vocarunt *Wäliſch Thor*, ſicut nos hodieque *Wälſch-Land Italiam* dicimus, ſedem quondam & patriam elegantiſſimæ Linguæ Latinæ, quam Germani noſtri olim etiam *die Welſche Sprache* appellarunt. LAMBECIVS *in Comment. de Bibljoth. Vindob.* L. II. c. 8. p. 949. refert, Henricum de Veldeck Hiſtoriam Belli Trojani, rhythmis Germanicis a ſe compoſitam, ita claudere:

Johannis Tag vor dem Wäliſchen Thor.

Nun ſind wir enden das Puch
Es duncket dem Mayſter gnuch
Der es us WELSCH *kert*
Zu Tütſch er uns lert.

In Dni de SOMMERSBERG *Cod. Dipl. Sileſ.* p. 891. vocatur dies hic *Sennte Johannis Tag Evangeliſten als he wart in dem Oley gebraten.* In RANGONIS *Orig. Pomer.* p. 215. *Sunte Johannes Dagh, alſo he in deme Olije gheſoden wart.* Et in ROHTII *Chron. Thur. pleniori MSC.* ad an. MCCXCI. *S. Johannis Evangeliſten tagk, der nach Oſtern kompt, als er zu Rohm in das ſidende geſaczt ward.* In Dni LVNIGII *Spicil. Secul.* P. II. p. 990. vitioſe legitur *ſexta feria p. Decembris*

Majus. *bris ante portam Latinam:* & in Dni MENCKENII *Script.* T. I. p. 747. per incuriam: *in die B. Johannis Latinam.* Notat B. ILMANNVS *in Faſtis ſuis* MSC. p 180. ad hunc diem in nonnullis Calendariis poni *Johann Klein*, i. e. *Dies Johannis Parvi;* cujus nominis rationem reddere non poteſt, & una mecum peritioribus relinquit. Inde tamen facta eſt, quam ex quodam Summo Viro audiſſe recordor, vox aliquorum Veterum: *Haenſel vor dem Thor.*

§. XXXVII.

Feſt. Aſcenſ. Dom. *Vffartstag.* FESTVM ASCENSIONIS DOMINI dicitur vulgariter *der Vffarts tag.* Et inclinat animus huc referre locum obſcurum ac ſine dubio vitioſum in Dni SCHANNATI *Sammlung alter Docum* p. 146. ubi: *die ſich uz Vffentag* (pro *Vffertag* ſive *Vffartag*, ut eſt in LVNIGII *R. Arch. P. Spec. Contin.* III. *Abſ.* II. p. 112.) *zu Swinfurt ſamen werden.* Meliora tamen monentibus libens ac merito ceſſurus ſum. Porro in LVNIGII *R. Arch.* c. 1 *Cont.* IV. p. 790. legitur *der Heil. Aſſters Tag*, quem haud ægre mecum omnes de Feſto Aſcenſionis Chriſti interpretabuntur. Hunc diem quoque appellarunt veteres *den Heil.*

Nontag. *Nontag*, ut in WENCKERI *Appar. Archiv.* p. 388. & apud EVND. *de Vsburg.* p. 58. *an dem* (*ii*) *erſten Zinsdage vor dem* SCHOENEN NONDAGE. KOENIGSHOV. p. 301. ita: „*Anno CCCC-*

(*ii*) Vox *erſte* ſæpe ſignificat *proximus.* Sic ap. WENCKER. *de Vsburg.* p. 139. *an dem* erſten *Fritdage vor ſant Aurelien Dage.*

„*CCCCLXX. war gros ſterbot - - do ſatte* Majus.
„*der byſchof von Vienne ſant Mamertus uf die*
„*Crucewochen, das men die drie tage vor dem*
„NONTAGE (SIGEBERTVS ad an. CCCC-
„LXVIII. habet: ante Aſcenſionem Domini)
„*ſolte mit Crucen gon* &c.„ Et clarius adhuc
p. 155. „*In diſem paradyſe blibent Adam und die*
„*andern, die Got vs der Vorhelle hette gefueret,*
„*untz an den* NONDAG, *do furent ſü alle mit*
„*Gotte zu Hymele.*„ Vage itaque nec ſatis accurate CRVSIVS *in Annal.* P. III. L. VI. p. 352. *In hebdomade Pentecoſtes, vel am Sambſtag nach dem* NONETAG. In Calendario antiquo ap. Dn. SCHILTER. T. I. P. II. p. 72. recentior manus addidit: *Nona dies poſt feſtum Johannis ante Portam Latinam.* Quod rejicit SCHILTERVS, qui hoc feſtum appellari docet ab *hora nona*, qua in cœlum aſcendiſſe Chriſtus tradatur, quæque ideo pulchra miſſa magnaque ſolennis ſit cærimonia. Vid. ejus *Gloſſar* p. 190. & 198. Certe hanc præcipue ob cauſam Adrianus Pontifex an. MXIV. Capellæ in Andezz Indulgentias conceſſit: „*quando pulſantur* NONÆ *in die*
„*Aſcenſionis, ab illa* HORA NONA *usque ad*
„HORAM NONAM *feriæ ſextæ ſequentis poſt*
„*diem Aſcenſionis,*„ ap. HVNDIVM *in Metrop. Salisburg.* T. II. p. 97. Regulariter quidem hora nona ante prandium cantatur, ſed hoc die

Dage. Conf. ejus *Apparat. Archiv.* p. 192. & paſſim. Ita quoque in HVNDII *Stemmate Bav.* p. 410. *Sabbatho* primo *ante feſtum Nativit.*

Majus. celebrant illam poſt prandium hora XII. Pace Lectoris affero locum de ſolennitate hujus Feſti, Halæ olim habita, longiorem illum quidem, ſed non injucundum, ex Ill. LEIBNITII T. II. *Script.* p. 500. collatum cum variis Lect. p. 812. ubi BVSCHIVS Reformator ita: „*In die Aſcen-*
„*ſionis Domini cum Conventu in campum exiens*
„*Præpoſitus Monaſterii Novi Operis prope Hallis,*
„*omnes fratres cappis ſericis, cappis aureis &*
„*argenteis induti, ſedem ferream ante ſe facit*
„*deferri, ſerico tapeto cuſſinoque ſerico cooper-*
„*tam, ſuper caput deferentium elevatam, cum-*
„*que ad locum pervenerint deſtinatum, ipſe ſolus*
„*ſedet ſuper eam, cunctis fratribus collateraliter*
„*coram ſe ſtantibus, chorus contra chorum, cum*
„*crucibus & vexillis in oppoſito ſuo ſtantibus, mi-*
„*niſtris plenarium & reliquias coram ſe deferen-*
„*tibus. Vbi tunc tota civitas in campum illum*
„*ſibi occurrit, Fratribus & Clericis ac Presbyte-*
„*ris* Salve Feſta Dies! *victimæ Paſchali laudes*
„*ibi tunc decantantibus, populusque omnis utrius-*
„*que ſexus cantilenas Teutonicales, tali cantico*
„*convenientes, ad ſingulos verſus cantando re-*
„*ſpondet. Donec Præpoſitus ſurgens ſequitur*
„*Proceſſionem & omnis populus eum ſequitur us-*
„*que in Eccleſiam. Ibi enim circa fontem iterum*
„*ſe ponit ſuper ſedem priorem, omni Clero & po-*
„*pulo aſtante, &* Sedit Angelus *cum verſibus ſuis*
ibidem

(*kk*) Non poſſum hic non notare locum ex LVNIGII R. *Arch. P. Spec. Cont.* IV. p. 789. *an der* NINCHEN *nach ſante Geor-*
gen

„*ibidem devote & clamoſe decantante, & in ejus* *Majus.*
„*finem chorum aſcendit*, & MISSAM SVMMAM
„IN ORGANO MAIORE DECANTAT.„ In hac celebritate ſolus ſedet Præpoſitus, reliquis circumſtantibus, quod denotat Chriſtum Deum nunc ſedentem in medio choro Angelorum.

§. XXXVIII.

DIES MERCVRII, qui ferias Pentecoſtes proxime inſequitur & Jejunium Quatuor Temporum habet, in Dni LVDWIGII *Reliqu.* MSS. T. IV. p. 125. dicitur *der hohe Mitche* (*kk*) *in der Pfingſt-Wochen*, & in Actis Holſato-Lubecenſibus de oppido Moellen: *der gude Mittewecken.* *hohe Mittche ſive Mittwoche.*
GAVANTVS *in Theſ. Rit.* T. I. p. 254. „*Je-*
„*junium*, inquit, *quatuor Temporum poſt Pente-*
„*coſten* FESTIVVM IEIVNIVM *eſt*, *cum in eo*
„*non dicatur: Flectamus genua*, *ratione tempo-*
„*ris adhuc Paſchalis.*„ In *c.* 3. *diſt.* 76. ſimiliter:
„*Tunc propter ſolennitatem Spiritus S. Diaconi*
„*Dalmaticis induantur & Alleluja cantetur*, &:
„*Flectamus genua*, *non dicatur.*„ Quæ cauſa eſt, quamobrem hoc Jejunium Pontificii nuncupent *Jejunium lætitiæ & exultationis*, ridente BALDVINO ap. WILDVOGEL. c. l. p. 201. Mos eſt in vicinia noſtra, nempe *Halæ*, nunc etiam ſolennis & antiquus, ut hoc die omnia ſint a curis vacua, hominesque digniores plerumque in hortos vel villas ſecedant, mutuaque inter ſe

gen Tag. Lege *Mitchen*, quæ vox ſæpius extat in HVEBERI *Auſtr.* e. g. p. 60. 76. 100. In Ill. Comitis de WVRMBRAND *Collectan. Geneal.* p. 40. ſcribitur *Mickten.*

jus. hilaritate perfruantur, opificiarii vero cum reliqua multitudine *allio*, quo tum paſſim tota urbs abundat, veſcantur, rati quippe, illud toto anni tempore futurum certiſſimæ ſanitatis remedium. *Knoblauchs-Mittwoche.* Vnde nomen *die Knoblauchs-Mittwoche.* Vid. *Obſerv. Hal.* T. IV. *Obſ.* 18. p. 370. ſqq. ubi quidem ſcribitur, iſtam conſuetudinem genio indulgendi maxime a *Fratrum Calendariorum* luxuria eſſe profectam, qui ſingulis menſibus feſta Bacchica (*Freſs-Feſte*) inſtituerint. Sed procul dubio manſit hæc conſuetudo a *Jejunio* illo *lætitiæ*. Quemadmodum aliæ aliis in locis ſolennitates in uſu habentur, e. g. Brunſvigæ ſolent puellæ ac virgines hoc die herbatum ire, *umme krüde toghen*, vid. in Ordinario Senatus Brunſvic. ap. LEIBNIT. T. III. p. 477. ideo a Magiſtratu modico vini donandæ. Præterea in multis ac fere plerisque Germaniæ urbibus uſitatiſſimum, ut cives, incolæ ac vicini feria III vel IV. Pentecoſtes congrediantur, conviviaque & compotationes (quas vocant *das Pfingſt-Bier*) cum liberis & uxoribus hilares celebrent, exercitia item jaculationum (vulgo *das Pfingſt-Schieſſen*) ad avem ligneam ſublimem vel ad diſcum eminus inſtituant; unde ab antiquis temporibus etiam prato illi ſpatioſo & amœno prope Lipſiam noſtram nomen eſt *die Pfingſt-Wieſen*. Originem hujus moris repetunt nonnulli ex ſuperſtitionibus paganiſmi, & præcipue jaculationes ad avem, quaſi in ludibrium Spiritus S. inſtitutas, execrantur & vocant *ein rechtes Erbſtück des Heyden-*

denthums. Qualem egomet impietatem quanquam de Chriſtianis nequidem ſuſpicari nedum affirmare auſim; nec tamen ſimul etiam negaverim, fuiſſe olim majoribus noſtris paganis hoc anni tempore quosdam ritus perquam feſtivos & ſolennes, ſicuti de Slavis & Bohemis tradit COSMAS PRAG. ad an. MXCIII. in Dni MENCKENII *Script.* T. I. p. 2074. B. „*Tum villani*, ait, *adhuc ſemipagani ſuperſtitioſas inſtitutiones in* PENTHECOSTES TERTIA *ſive* „QVARTA FERIA *obſervabant, offerentes libamina ſuper fontes, mactabant victimas & dæmonibus immolabant.*„ Inde vero ſuperveniens religio Chriſtiana frenum injecit ſuperſtitioni, ritus pravos, cum abolere in totum non poſſet, prudenter ſæpe mitigavit, novosque, quibus gaudere ſine nota improbitatis poterant homines, permiſit. At cum inde quoque abuſuum ſeges & ſcurrilis laſcivia oriretur, voluptas illa gravi Principum conſilio alicubi eſt abrogata, paſſim legibus temperata vel in aliud tempus rejecta. *Majus.*

§. XXXIX.

FESTVM SS. TRINITATIS in WIDEMANNI *Chronico Curienſi* MSC. ad an. MDL. dicitur *der güldne Sonntag*, idque ab excellenti ſplendore & magnificentia ſacrorum. Ex eadem ratione miſſa perquam ſolennis interdum vocatur *das güldne Amt*, *die güldne Meſſe*, ſicut illa Hildesheimenſis, de qua ſub *Hebdomade Communi* plura; item *das güldne Jahr*, *annus Jubileus*, quo ſplendor ſummus & gratia maxima indul- *Feſt. SS. Trin.* *güldne Sonntag.*

Majus. gentiarum; Porro item *Gold-Faſten*, ſacrum jejunium quatuor Temporum.

§. XL.

Feſt. Corporis Chriſti. FESTVM CORPORIS CHRISTI ſicut longe celeberrimum eſt inter Pontificios cæremoniarum apparatu & pompa, ut etiam *Triumphus Corporis Chriſti* in Actis Sanctor. Menſ. Mart. T. III. p. 420. dicatur; ita initium ejus nominisque Germanici derivatio non ſatis certa apud omnes habetur. De eo inſtituendo in Eccleſia primum ſomniavit B. Juliana Prioriſſa Montis Cornelii prope Leodium anno MCCX. ut habent Acta illa SS. Menſ. April. T. I. p. 442. ſed hoc arcanum anno demum MCCXXX. aperire auſa eſt. Inde ex decreto Concilii Leodienſis hoc feſtum anno MCCXLVI. primo celebratum, tandemque ab Vrbano IV. per totam Eccleſiam indictum fuit non quidem anno MCCLXX. (ut vulgo creditur) ſed anno MCCLX. vid. Clementis V. Bulla de an. MCCC XII. ad Epiſcopos Merſeburg. & Cizenſem in *Vnſchuld. Nachrichten* de an. MDCCV. p. 312. unde ſimul patet, Præſules illos introductionem hujus feſti in ſuis Dioeceſibus & una præceptum Vrbani & Clementis diu neglexiſſe, donec poſt multos annos a Nicolao V. per Nic. Cuſanum in his terris inſtitueretur. Neque vero illi Epiſcopi ſoli erant, ſed forte tamen ultimi, qui novi feſto repugnarunt, aut illud introducere pia religione ceſſarunt. Quippe

T.I. p. 20. de Clemente IV. jam tum ait, hunc Papam ſub præcepto diſtricte Feſtum Corporis Chriſti feciſſe per Eccleſiam ſolenniter celebrari. Vulgo nominatur *der Fronleichnams-Tag.* B. DANNHAVERVS in *Diſſ. de Feſto Corp. Chriſti* §. 1. nominis derivationem ignorat, nec apud Pontificios eam ſe invenire ait. Ergo ad allegoriam HVBERTI LOMMESSEM confugit, qui derivat a ſervitute Iſraëlitarum in Ægypto (*von ihren Fronen*) addens: „*Es iſt „billig und recht, daſs derſelbige zarte Leib des „Herrn, der uns ſo treulich gefrönet, von den „Gläubigen wieder verehret werde.*„ Sed longius repetita eſt ea derivatio, quam ut fidem faciat Lectori, & pro improbabili alluſione habenda. Enimvero in veteri lingua Germanica *Fron* ſive *Vron ſanctum, excellens* ſignificavit, ut patet ex antiqua verſione Germanica ap. Dn. ECCARD. T.I. *Script.* p. 972. *das ſpere, dar her an den* VRONEN CRÜTZ *mede dorch ſyne gebenedyde ſyde geſtochen ward.* vid. SCHILTERI *Gloſſar.* p. 331. Vnde in BOTHONIS *Chron. Pictur.* ad an. MCCLXVII. vocatur *dat feſt des* HILLIGEN *Lichamsdag.* In Actis Holſato-Lubec. de oppido Mœllen: *die werde Hochtidt des* VELL HILLIGEN *Lichnams Chriſti.* Et in STEYERERI *Hiſt. Alberti* p. 265. *des* KOSTBAREN *Lichnamen.* Superſunt hodie hujus compoſitionis alia vocabula, ut *Frohn-Faſten* i. e. Jejunium ſacrum Quatuor Temporum, *Fron-Tag*, qui eſt Dies Dominicus ap.

Majus.

Fronleichnams-Tag.

Vnde dicatur?

Majus. SCHILTER. in *Gloſſar.* p. 198. & 331. Item *Fron-Dienſte*, quod recte derivatur ab operis, quæ ſacris locis debentur, uſu vocis deinde latius ad quasvis operas extenſo. Vid. cmn. Dns POTGIESER. *de Statu Servor. Germ.* L. II. c. 3. §. 5. p. 197. ſq. Habemus (*ll*) conſentientem HOSPINIANVM *de Feſt. Chriſt.* fol. 77. qui ita explicat: „FRON LEICHNAMS TAG *idem* „*eſt ac ſi diceres des* HERRLICHEN *und* KOEST- „LICHEN LEICHNAMS CHRISTI TAG. „*Denn* FRON *ein alt teutſch Wort nichts an-* „*ders heuttigs Tags heiſst, dann* HERRLICH, „FÜRNEMB *und* KOESTLICH. *Daher man* „*auch in den hochen Geſtiffien und Kirchen den* „*fürnembſten Altar* FRON-ALTAR *nennet.*„ Adde HEIDERI *Deduct. Lindav.* p. 735. ſq. Hic

Sacraments-Tag. dies etiam dicitur *der Sacraments-Dagh* in Cod. Dipl. ad TESCHENMACH. *Annal. Cliv.* p. 20. & in BVTKENS *Trophées du Duché de Brabant* T. I. *dans les Preuves* p. 161. *le Jour du S. Sacrement*, item in LEVOLDI NORTHOFII *Chron. Marcano* ap. MEIBOM. T. I. p. 403. *Feſtum Sacramenti.* Ampla cuipiam & nimis vaga videri poſſit hæc appellatio, quoniam a Pontificiis plura creduntur atque celebrantur Sacramenta, niſi pro omnium maximo habeatur Coena Domini, unde & *Sacramentum Sacramentorum* dici lego

(*ll*) BESOLDVS *in Monum. Rediviv. Monaſterior. Wurtenberg.* p. 151. *Frohn* verius denotari ait *commune*. Sic *Frohn-Leichnam* interpretatur ſacroſanctum corpus Salvat. quod pro

lego in HVNDII *Metrop. Salisburg.* T. III. p. 48. *Majus.* Et nunc etiam inter eos vulgatiſſime: *das* SACRAMENT *begleiten* &c. In LEIBNITII *Scr. Brunſv.* T. II. p. 817. præcipiunt Reformatores, Corpus Chriſti in monſtrantia clauſum tegi debere per annum, ne populus communis (ut loquuntur) videre poſſit hoſtiam ſanctam, niſi infra *Octavam Sacramenti*. Idque Calixtus Papa conſtituit an. MCCCCLV. cum cognoviſſet, apud populum evileſcere Sacramenti hujus dignitatem, ſi quotidie palam eſſet & in conſpectu omnium, vid. HARTVNGI KAMMERMEISTERI *Annal. Erfurt. Germ.* MSC. ad h. a. Hodie dies ille paſſim quoque vocatur *der Heil. Bluts-Tag*. *Heil. Bluts-Tag.* Sic in Dipl. MSC. Gebhardi Nobilis de Qverenforde de an. MCCCLVIII. *der Tag des heiligen Blutes unſers Herrn Ieſu Chriſti.* In CRVSII *Annal. Svev.* P. III. L. VI. p. 355. extat: *Octavo die des heiligen Bluts.* Denique hoc feſtum cum ſua Octava nominatur *die Ablas-Wochen*, vid. HOTTINGERI *Helvet. Kirchen-Geſch.* P. III. p. 17. *Ablas-Wochen.* Ratio nominis eſt in promptu & facile colligi poteſt ex iis, quæ ſub Die Viridium de voce *Antlas-Tag* ſunt propoſita.

IVNI-

pro omnibus datum eſt; *Fron-Altar, die vornehmſte oder gemeine Altar*; *Frohn-Faſt, gemein Faſt*; *Frohn-Dienſt, communes* & debitas Dominis ſuis *operas* &c. Sed HERTIVS jam *in Diſſ. de Homin. Propr. S. III. §. 5.* erroris eum arguit.

IVNIVS.

§. XLI.

Die XVI. Junii celebratur præcipue apud Heiligenſtadenſes in Dioeceſi Moguntina *Feſtum* AVREI & IVSTINÆ Patronorum, ita, vt Clericis deficientibus, cives honoratiores circa muros oppidi geſtent arcam Reliquiarum, cæterique cives armati cum tympanis & vexillis pompam comitentur. Et tunc Archi-Epiſcopus a longiſſimo tempore Senatui epulum, civibus autem duo plauſtra cereviſiæ dare conſvevit. Vocatur hic dies vulgo *der Gulder Manner Dag*, vid. ACTA SANCTOR. *Menſ. Jun.* T. III. p. 85. ubi explicatur, *quaſi aureorum virorum dies, fortaſſis cum alluſione ad nomen Aurei, vel ab inauratis armis, in quibus ſoliti fuerint aliqui tunc procedere* in honorem S. AVREI Patroni.

Dies S. Aurei & Juſtinæ.

Gulder-Manner-Tag.

§. XLII.

FESTVM S. IOHANNIS Bapt. a ſolſtitio æſtivo, quia ſol (*mm*) tunc altiſſimum coeli locum tenet, & retro (*nn*) deſcendere incipit in zodia-

Dies S. Joh. Bapt.

(*mm*) In cujus rei ſignificationem quibusdam locis olim *rotam* volvebant homines, teſte DVRANDO *in Rationar.* L. VII. c. 26. An eo referam *den Waltz-Tag*, qui extat in Dni IOHANNIS *Spicil. Tabular. Vet.* T. I. p. 416.? Plane non videtur. Conf. *Feſtum Diviſ. Apoſtolor.* Alicubi ſuccendunt ignes. PIRNENSIS ſub tit. Baudiſſen: *als ſie nach alder Gewonheit - - den Sommer mit* FEWER *entpfingen.* Et hos ignes vocant *Johanns-* item *Sunwent-Feuer.* Chronicon Comitum de Cilly in Dni HAHNII *Monum.* T. II. „ p. 693. „ *und das beſchach ann einem S. Johannis Abendt*

„ *zu*

zodiaco, varie appellatur. Ab Anglo-Saxonibus more Latinorum dicebatur *Sunſtede*, vid. B. SCHILTERI *Theſ. Antiqu. Teut.* T. II. p. 125. not. s. CRVSIUS *in Annal. Svev.* L. I. P. III. p. 191. ex Chron. Argentor. allegat: *Geſchehen 14. Tage vor* SINGIHTEN, & explicat: *14. dies ante* SOLSTITIVM. Adde KOENIGSHOVII *Chron.* c. 5. Porro in eodem CRVSIO L. IV. p. 219. & L. V. p. 284. *ſanct Johannes Tag zu* SVNEGIHTEN. Apud Dn. WENCKER *de Vsburg.* p 32. *an der Mitewochen vor* SVNIEHTEN. Conf. SCHILTERI *Gloſſ.* p. 740. Idem ad KOENIGSHOV. p. 458. ita præclare: „SINGI-„TEN *iſt dieſe Jahrs-Zeit bey denen Alten ge-„nennet worden, ohne zweiffel auch eher ſie das „Chriſtenthum angenommen. Immaſſen* SINGI-„TEN *eigentlicher vor Alters geſchrieben worden* „SVNGITHEN *oder* SVNGICHTEN, *von der* „SONN *und ihrem* GANGE *oder* GICHT. *Denn „wie von jehen bejahen, herkommt Jicht, ver-„jicht, Bejahung, alſo haben die Alten von gehen „Gicht, das iſt Gang gemacht. Iſt alſo* SVN-GICHT

Junius. *Sunſtede.* *Sungichten, Sungeten, Singiten,*

„*zu* SVNWENDEN, *und machten da in der Stadt ein* GROSS „FEVER *oder* SVNWENT FEVER.„ Plebs eos ignes per laſciviam transilire ſolet, *weil auch die Sonne ihren Sprung thut*, ut cæteras ſuperſtitiones taceam. Conf. IO. CASP. ZEVMERI *Diſſ. de Igne Iohanneo* Jen. 1699. 4. Plerique has reliquias ignis illius ſuperſtitioſi, *Nodfyr*, eſſe arbitrantur, ſed ignes *Nodfyr* & *Johannitici* ſunt diverſi. Vid IO. REISKII Libellus non inelegans *von der alten Teutſchen Nothfeuer* &c. p. 50. ſq.

(*nn*) In Calend. antiquo ap. SCHILTER. T. I. P. II. p. 73. ad hunc diem legitur: *Solſtitium, hie mag die ſunne nit höher*

Junius. „GICHT SONNEN GANG. - - - *wird auch* „SVNGEHTEN, SVNIGEHTAG, SVNIECH- „TAG *geſchrieben.*„ Obſervat ibidem, verbum hoc rei eſſe convenientius, quam Latinorum *ſolſtitium*; & certe in genere affirmari poteſt, vetuſtiſſima quæque ſermonis noſtri vocabula naturam rerum quam ſignificantiſſime exprimere, unde majorum excellentem ſapientiam cum ſimplicitate conjunctam merito admiramur. Sed hoc obiter. Apud CRVSIVM c.l. L.V.P.II. c.7. p.273. vitioſe hic dies legitur *Singrechten*, & pejus adhuc L.VII.P.III. p.387. *S.Engenten.* Alia & vicina priori eſt appellatio *Sonnwenden*, vid. PEZII *Script. Auſtr.* T.I. p.968. In Dni MENCK *Script.* T.I.p.804.A. *an ſant Johannis tage*, SVNWENDEN *genant.* In MVLLERI *Annal. Sax.* p.20. *vor S. Iohannis Tag des Tauffers, den man nennet* SONNENWEND. In HVNDII *Stemmate Bav.* p.13. *an dem Sunnenwende Abent.* In Illuſt. Comitis de WVRMBRAND *Collectan. Geneal.* p.223. & 225. perperam *Freytag nach S. Johanns zu* SONNABEND. Item in HVEBERI *Auſtria* p.46. *am Pfingſtag nach Sanct Johanns Tag zum* SONNABENTEN, lege *Sonnwenden.* Error facilis fuit, quia in STEYERERI *Hiſt. Alberti II.* & DVELLII *Excerpt. Geneal.* ſæpius extat *Sunbenten* item *Sunebenten*, imo in STEYERERO p. 516. *Sunbentag.* Apud DATTIVM *de Pace publ.* p.31. ſcribitur: *ſant Johennes Tag zu* SVNWINDE. In *Deductione Lindav.* p.697. corrupte

Sonnwende.

rupte legitur: *S. Johanns Tag ze* SVMRENDEN, & in LVNIGII *Spicil. Eccleſ. Contin. II.* p. 434. *am Tage S. Johannis* SOMWEDER. Tandem vocatur etiam *Mitten-Sommer*. In BECMANNI *Chron. Anhalt.* P. VI. c. 3. p. 17. *an ſente Johann Baptiſten Dage* MIDDEN SOMER. In RETHMEIERI *Chron. Luneb.* p. 517. *in deme hilgen Daghe ſante Johannes Baptiſten to* MIDDENSOMMERE. Et in KVLPISII *Volum. Rer. Germ.* p. 242. *ſant Johanstag Baptiſten gelegen zu* MITTEN SOMMER. Belgæ item *ſint Jans te* MIDSOMER in ANT. MATTHÆI *Script. Rer. Amorfort.* p. 26. & 217. Eodem modo ſolſtitium hybernum *Mitwinder* in Cod. Dipl. ad TESCHENMACHERI *Annal. Cliv.* p. 23. vocatur.

Junius.

Mitten-Sommer.

§. XLIII.

DIES COMMEMORATIONIS S. PAVLI (vulgo *Pauli Gedächtnüſs*, d. 30. Junii) ab antiquis nuncupatus *Gehügnütz S. Pauls*, notante Rev. DVELLIO in T. I. *Miſcell.* p. 420. Nam *hugen cogitare* & *Gehüg* item *Gehügnüs* memoriam ſignificat, ut Diploma Berthæ de Wazzirberch docet ap. EVND. c. l. *wann elle Dinch zaergænglich ſind, und auch* GEHÜG *des Menſchen und der Lewt mit dem Leib erſtirbt.* Et Charta Feudalis Wiſſenburg. de an. MCCCXVI. *Apt Egidius guter* GEHVGNISSE. Vid. omnino B. SCHILTERI *Gloſſar. Teut.* p. 471. ſq.

Gehügnütz S. Pauls.

IVLI-

JVLIVS.

§. XLIV.

Feſt. Viſit. Mariæ. FESTVM VISITATIONIS MARIÆ, quia paulo poſt Solſtitium celebratur, dictum credo *unſer Frauen Tag der* MITTELMESSE in LEHMANNI *Chron. Spir.* L. VI. c. I. p. 589. Nolo tamen rem dubiam pro veritate haberi. Sit judicium penes Lectorem. Vocatur paſſim hic dies etiam hodie *der Frauen Tag* a duabus fœminis, Maria & Eliſabetha, pie colloquentibus.

Frauen-Tag Mittelmeſſe.

§. XLV.

Feſt. Diviſ. Apoſt. FESTVM DIVISIONIS APOSTOLORVM in Dipl. Chomburg. de an. MCCCLV. dicitur *der zwölff Bothen Tag, al ſie zuſampt wurden*, leg. *zuſant*, ut eſt in ROHTII *Chron. Thur.* In REHTMEYERI *Chron. Luneb.* p. 714. *aller Apoſtelen Dag, alſe ſe vorſand worden.* Porro ibid. p. 687. *aller Apoſteln Dag.* Et p. 671. *der hilge Dag der Apoſtelen.* In RVDOLPHI *Gotha Diplom.* P. V. p. 236. *aller zwölff Boten Tag, den man nennet zu Latein Dimiſſionem Apoſtolorum.* In LVNIGII *Corp. Jur. Feud.* T. I. p. 1146. *der Tag der Scheidung der heil. zwölff Boten.* In Chronographo Saxone ap. Dn. LEIBNIT. P. I. *Acceſſ. Hiſt.* p. 276. legitur ad an. MXCIX. *cum* FESTVM *de* DISPERSIONE APOSTOLORVM *a multis fidelibus celebratur.* Vere huc pertinet nomen *der Walls-Tag*, a vocabulo *wallen, peregrinari*, quaſi *Dies peregrinationis Apoſtolorum.*

aller Apoſteln Tag.

Walls-Tag.

In

In Dni IOHANNIS *Spicil. Tabular. Vet.* T. I. p. 416. ſemel iterumque obſcure *Waltztag* ſcribitur. Locus ita ſe habet: „*Die von Eyſenbach „ſollen an ſantte Margareten Obende nach Mit-„tage biſs an dem* WALTZTAGE *zu Mittemda-„ge richten*, &c.„ *Julius.*

§. XLVI.

DIES S. IACOBI Apoſtoli in KVLPISII *Volum. Rer. Germ.* p. 149. & 161. in Diplomatibus Friderici III. Imp. appellatur *S. Jacobstag des heil. zwelffboten im Schnitt* (quod in LVNIGII *R. Arch. Part. Spec. Cont. I. in der III. Fortſetz.* p. 281. dicitur: *ſant Jacobes Tag in der Ernen*) ſicuti etiam *Sandt Stefanstag im Schnitt* legitur in DVELLII *Excerpt. Geneal.* p. 82. i. e. Feſtum Inventionis S. Stephani. Incidit enim uterque dies in *meſſem*. Vnde *meſſores* a nobis etiamnunc vocantur *die Schnitter*. Non poſſum hic prætermittere, quod in LEIBNITII *Script. Brunſv.* T. I. p. 829. habetur, *Feſtum Sanctorum Mariæ & Filiaſtri, qui XIV. Cal. Aug.* Eſt ſine dubio feſtum particulare, celebratum in memoriam *Mariæ* & filii ejus *Jacobi*, qui in S. Scriptura *frater Chriſti* dicitur, quem veneratione Dei Servatoris, *filium* Mariæ veteres appellare dubitaverunt. Nihil quidem de hoc ſignificatu vocis *filiaſtri* habet CANGIVS, qui *Tom. I. Gloſſar.* p. 437. variis locis unice probat, eam *privignum* denotare. Sed illud Opus augeri poteſt & tertia ſignificatione ex ALBERTO *Argentin.* ad. an.

S. Jacobs-Tag im Schnitt.

Feſtum Mariæ & filiaſtri quale?

Auguſtus. MCCCXLVI. ubi. „*Ludovicus* (Imp.) *Marchio-*
„*ni Miſnenſi* (Friderico Severo) FILIASTRO
„(i. e. genero) *ſuo magnam, ut contra ſe non eſſet,*
„*pecuniam aſſignavit.*„

§. XLVII.

Dies Abdon & Sennen. DIES Martyrum ABDON & SENNEN (30 Julii) corruptiſſime in BECMANNI *Chron. Anhalt.* P. V. L. II. c. 5. p. 95. legitur: *am Tage der Heil. Aliden und Sömien.* Hic dies in plebe Pontificia famoſus eſt ſuperſtitionibus magicis, v. g. *mit Kugel gieſſen.*

AVGVSTVS.

§. XLVIII.

Feſt. Vinculor. Petri. FESTVM VINCVLORVM PETRI, vulgo *Petri Ketten-Feyer*, nonnunquam dicitur *ſante Petrus Dag, alze öme de Bande entſprungen* in REHTMEYERI *Chron. Brunſv.* p. 674. Item *ſinthe Petirstag, alſs ym dye Kitthenen entſprungen*, in membrana Senatus Oppidi Daheme de an. MCCCLXXXII. Item *der tag des heil. Herrns ſande Petirs alſo her wart erloſt von den Banden*, in Dipl. MSC. Frid. Landgr. de MCCCXXX.

§. XLIX.

Dies 5. Auguſti habet ſolenne S. MARIÆ ad *Mariæ Schnee-Feyer.* NIVES vulgo *Mariæ Schnee-Feyer*, ut in non raro apud

(oo) Fallitur Vir Doctiſſ. ac Rev. Dns STAPHORST *in Hiſt. Eccleſ. Hamburg.* T. I. Vol. II. in Præf. quando ait: „*Ob-*
„*ne Zweiffel wird hierunter die Maria Oignacenſis, welche*
„*von*

apud PIRNENSEM. Vocatur etiam Feſtum *Mariæ de Nive*; item *Dies Nivis B. Virginis* in ENGELHVSII *Chron. continuato* MSC Bibl. Paul. Lipſ. ad annum MCCCCXXIII. ſive *unſer* FRAVEN TAG, *den man* NIVIS *nennet, und kömpt und gefellet uf Sanct Oſswaldi Tag, des heiligen Koniges und Märteres*, in MEISNERI *Deſcript. Eccleſ. Colleg.* OO. SS. *Witteb.* p. 30. item *Sant Oswaldes Tag als der ſne viel*, in Calendario Argent. veteri apud SCHILTER. T. I. P. II. p. 73. Hoc feſtum originem debet commentis (ut alia plura) Pontificiorum. Nam (ut fingunt) tempore Liberii Papæ Patricius urbis Johannes fuit vir opulentiſſimus, qui prole carens opes ſuas B. Virgini Mariæ (*oo*) donavit, precatus, ut ipſa indicaret, quemadmodum in ſui honorem facultates inſumi vellet. Itaque quinto Auguſti, quo ſol interdiu ferventiſſimus eſt, nocte aër frigore conſtringitur, deciditque nivium vis, locum Baſilicæ futuræ ſolummodo operiens & deſignans. Apparuit eodem tempore Mariæ Papæ itemque Johanni, miraculum expoſuit, & ut Baſilica ibi nomini ſuo ædificaretur, hortata eſt. Quod factum & Mariæ Majoris (*di S. Maria Maggiore*) dictum, ſimulque feſtum pro poſteritate inſtitutum. Hæc ex PELWARTI *de* THEMESWAR *Stellario Coronæ Mariæ* refert *Auguſtus.*

„ *von Nivelle aus der Dioces von Namur gebürtig war, ver-*
„*ſtanden.*„ Neque enim alia hic intelligenda quam Virgo Mater Chriſti. Conf. MVRETI Poëmat. L. II. n. 5. p. 57. (*Ed. Thomaſ.*)

Auguſtus. Dns MITTERNACHT *in Diſſ. de Spaſmo Mariæ* §. XV. PIRNENSIS MON. MS. aliquid de fabula ſed quaſi per nebulam audivit, ſub Sixto III. ſcribens: „*Sixtus Pabſt der* III. - - *hat laſſen czu* „*Roma di Kirche Maria Majora bawen, do Got* „*hat denſelbigen tag laſſen ſchneien, der* MARIA „SCHNEIFEIER *heiſt.*„ Quando autem hoc feſtum in univerſa Eccleſia celebrari cœperit, in ambiguo eſt PAGI in *Breviario Pontiff. Rom.* T. III. p. 273. ſq.

§. L.

Feſt. Aſſumpt. Mariæ. FESTVM ASSVMPTIONIS ſive DORMITIONIS MARIÆ varias habet & ſubobſcuras appellationes. Primo nominatum lego *unſer liben Frauentag der* SCHYDVNG ſive *der* SCHAIDVNGE *in* PEZII *Script. Auſtr.* T. I. p 1166. B. in WINDECKII *Hiſt. de Sigismundo* ap. Magnif. MENCK. T. I. p. 1228. item in DVELLII *Miſcell.* L. I. p. 249. Et apud CRVSIVM L. V. p. 264. eſt: *unſer Frauwen Tag als zu der* SCHIEDVNG. Item L. VI. p. 328. *unſer Frauwen* VERSCHIDVNG. In VNRESTI *Chron. Carinth.* ap. Dn. HAHN. T. I. *Monum.* p. 591. *unnſer lieben Frawen Abundt der* SCHYDVMB.

Frauen Tag der Schiedung.

Wurtzweyhe. Deinde vocatur *Wurtzewye* in TENZELII *Suppl.*

(*pp*) Addit Auctor ibi in margine: *Was dieſes vor ein Marien-Feſt ſey, kan ich nicht ſagen, und werde dem verbunden ſeyn, der mir es entdecken wird.*

(*qq*) Diploma Juttæ Abbatiſſæ Quedlinb. quo Rudolpho Duci Saxon. anno MCCCXX. Advocatiam Monaſterii ſui confert, ap. LVNIG. *R. Arch. P. Spec. Cont. II.* p. 181. & in KETTNERI

Suppl. II. *Hiſt. Goth.* p. 260. & Dni MENCKENII *Script.* T. I. p. 646. item *Wurtewie* in LVNIGII *Reichs-Archiv P. Spec. Contin.* II. von Grafen und Herren p. 209. Ibid. p. 290. corrupte: *unſer lieben Frauen Tag die* (man) *nennet Worttze Wyrch*, pro *Wortzewyech*, ut habetur in alio Diplomate ibidem p. 285. *Wurtzweih* paſſim eſt in MON. PIRN. In Dni SCHOETTGENII *Chron. Wurcenſi* p. 805. *unſer lieben Frawen Tag* (*pp*) WORZWEYNVGE. In Rhythmis ap. OLEAR. *Rer. Thur.* P. II. p. 117. *der Tag Mariæ* WVRTZELWEIH. In BECMANNI *Chron. Anhalt.* T. I. *Lib.* V. p. 479. *unſer lieben Frauen Abend*, WERZWEIHN *genant.* Conf. SCHANNATI *Diœc. Fuld.* p. 23. In LVDWIGII *Reliqu.* MSS. T. VII. p. 34. *unner Vrowe* (*qq*) WORZVMESSE, & in Chron. Pictur. ap. LEIBNIT. T. III. p. 433. *unſer leuen Vrowen* WORTMISSEN. Ibid. p. 393. legitur *unſer leuen Fruwen* KRVTWIGINK. Conf. ibid. p. 429. in STADTWEGII *Chron.* ibid. p. 274 perperam: *unſer Frowen* ERVTHWIGE DAG. In SPALATINI *Vitis MSS. Landgravior. Thuring. ſub Friderico Severo*: „*Welche Richtung iſt gemacht am Mitte-*„*woch nach unſer lieben Frauen* HIMMEL- *Auguſtus.*

NERI *Hiſt. Eccleſ. Quedlinb.* p. 197. ſubſcriptionem habet, antiquitati plane ignotam: *in unſer Frauen Abend* MARI MESSE. Legendum ſvadeo: WORZMESSE. Erroris originem facile perſpicient, qui in antiquis monumentis MSS. ſunt verſati. In CRVSII *Annal. Svev.* L. VII. P. III. p. 373. legitur: *an unſer Frawen Tag Proceſſi*; in quo corrigendo alius exerceat ingenium.

Auguſtus. „FARTH *oder* WVRTZWEIHVNG.„ In LVDWIGII *Reliqu.* MSS. T. VIII. p 286. *de negeſte Dag na unſer leven Fruwen* KRVTWIGINGE, quod ibid. p. 348. ita Latine: *in die craſtina* ASSVMPTIONIS *B. Mariæ.* Chronicon Curienſe MSC. ad annum MDV. *nach unſer lieben Frauen* WVRTZWEIH *oder* ASSVMPTIONIS. In Dni LVNIGII *Corp. Juris Feud.* T. I. p. 1989. *unſer leven Vrouwen* KRVIDWYVNGE, *zo Latyn genant* ASSVMPTIO. Diſſentit neſcio quo auctore vel teſtimonio Dns KNAVTHIVS, qui in *Chron. Vetero-Cell. Tomo ult.* p. 651. ita explicare aggreſſus eſt: „WVRTZWEYH *ſol das groſſe Neue „Jahr ſeyn, daran die ſo genanten Heil Drey „Kœnige ihre Geſchenck geopffert.„* Æque fallitur & dormitat interpres, quisquis eſt, Diplomatis ap. LVDWIG. *in Rel.* MSS. T. I. p. 114. qui *Purificationis B. Mariæ Feſtum* vertit *unſer liebn Vrowin tag Wörtzewye.* Quem errorem miror ab oculatiſſimo Dno Editore ita in Indicem relatum nec correctum eſſe. Vnde procul dubio vel etiam ſimilitudine vocum *Kertzweyhe* & *Wurtzweyhe* deceptus eſt Cl. Dns IOHANNIS, quando T. I. *Rer. Mogunt.* p. 777. *unſer lieben Frawen abent* WVRZWYHE transfert: *pervigilium Hypapantes.*

Nomen *Wurtzweyh* notat conſecrationem herbarum. *Wurtz* olim ſignificabat herbam odoriferam, vid. Dni SCHOETTGENII *Præf. ad Com. de Secta Flagell.* Vnde vox *Wurtzgarten* & *Würtzburg* Herbipolis apud veteres dicitur.

tur. Etenim tunc temporis effoſſio incipit radicum, & in hoc Feſto herbarum faſciculi, radices & fructus arborum conſecrari ſolent, ut ſint adverſus Dæmonas, ſpectra, fulmina, morbos, &c. ſi ſuffitus ex iis fiat, præſentiſſima remedia. Ita quidem HOSPINIANVS *de Feſt. Chriſt. fol.* 88. b. In Codice quodam membr. Bibl. Paulinæ Lipſ. (in B. FELLERI *Catal.* p. 93. n. 11.) extat breve ſcriptum ſub Tit. *Sigillum Marie glorioſe Virginis*, ubi inter alia ſic legitur: „*Cur autem* „*mos inolevit. quod* FLORES *vel* HERBE *in ejus* „*feſtivitate* CONSECRANTVR. *ob duas cauſas* „*fieri comprobatur. quia ea die de ea cantant.* „*Circumdabant eam flores roſarum & lilia con-* „*vallium. per roſas martyres. per lilia intelligi-* „*mus virgines. per alios flores vel herbas. ſancti* „*quique in bonitate olentes. - - Alia cauſa eſt. ut* „*quia jure omnes fructus novi ante guſtum debe-* „*rentur benedici. - - ſtatuit Eccleſia. ut in ejus* „*feſtivitate primicie frugum a ſacerdotibus bene-* „*dicentur.*„ Id quoque innuunt Rhythmi de S. Eliſabetha §. XIV. ap. Dn. MENCK. T. II. p. 2056. ſq. *Auguſtus.*

Eyne Geſchicht dy muſs ich ſage,
Dy geſchach an unſer Frowen tage,
Alſo man in der heiligen Criſtenheit,
Alſo wit die iſt unde breyt,
Das Sie gen Himmel fur, *unde begehit,*
Vnde man Aplas in allen Kirchen empfehit,
Vnde beſundern in den Kerchin mere,
Dy gewiet ſint in Ir ere,

Auguſtus. Dy Wortze wyt man dan,
Das wert Ir zcu eren getan.

Frauen Tag der erſte. Tertio vocatur hæc feſtivitas *unſer Frawen Tag der* ERSTE in SCHILTERI *Comm. Juris Feud. Alem.* p. 135. & apud WENCKER. *de Vsburg.* p. 44. *unſerre Frowen Mes der* ERSTEN. Præclare in SCHANNATI *Client. Fuld.* p. 229. & in LVNIGII *Corp. Juris Feud.* T. I. p. 1836. legitur: *unſer Frawn Tag der eſten* (leg. *erſten*) *in der Erne.* Extat in Dni ECCARDI *Scriptor. Med. Ævi* T. I. p. 988. locus mendoſus, qui huc pertinet: *vmb unſer Vrowen Doch; in der erſter* - - ubi tollatur diſtinctio, & ſenſus erit expeditus, qui alias hæret. In J. du MONT *Grand Corps Diplom.* T. I. P. II. p. 356. *unſerre Frowen Mes der* ERSTEN male vertitur *la fête de la Purification.* Nominant autem hunc diem *den erſten*, ex rationibus criticis & œconomicis, quoniam eo incipiunt dies illæ calculatoriæ Patrumfamiliâs, agricolarum, venatorum, quibus maxime poſſunt proficere atque incrementa rei ſuæ familiaris acquirere, ac deſinunt Feſto Nativitatis Mariæ, quod ideo *unſer Frauen Tag der Letzern* appellatur. Aut forte Feſtum Aſſumpt. dicitur *der erſte* ob præſtantiam magnificamque ſolennitatem. Quo loco illuſtrari debet obſcura notatio temporis, quam nuper admodum in brevi ſed vetuſto atque eleganti Chron. Germ. MSC. (ut

(*rr*) Neque tamen repugnabo, ſi quis *Eretag* accipiat pro *Erichtag*, quam dialectum Auſtriacorum eſſe, ſupra in Calend.

(ut puto) Dresdenſi ad an. MCCCXXII. obſervavi. Nimirum Fridericus Severus Marchio Miſn. ſponſalia celebraſſe dicitur cum Regis Bohem. filia *czuſſen beyden unſer Vrowen tagen*, ut miſere deletam membranæ ſcripturam non infeliciter tandem erui & denuo quaſi reſtitui. Certe intelligitur tempus, quod inter Feſtum Aſſumpt. & Nativitatis Mariæ intercedit, quia in continenti ſequitur: *Dornach in dem vrſten* (i. e. proximo) *herbeſt manden* &c. *Auguſtus.*

Quarto dicitur *vnſer Frauen Tag der* EREN apud WENCKER. *de Vsburg.* p. 214. & ap. KOENIGSHOV. p. 121. In Dipl. Maximiliani I. ap. DATT. *de Pace Publ.* p. 787. *an Eretag (rr) vnſer lieben Frauen tag Aſſumptionis.* In LVNIGII *R. Arch. P. Spec. Cont.* IV. P. II. p. 729. occurrit *die* EHRENMESS *unſer Vrowen*; & in ECCARDI *Script. Medii Ævi* T. I. p. 1393. *ſente Marien Miſſen der* EREN. In CRVSIO P. III. p. 230. obſcure vel perperam legitur *Marien tag der Errun.* In vetuſto Calendario *Marien der erren Tag*, citante SCHILTERO *in not. ad Kœnigshov.* p. 461. Conf. LEHMANNI *Chron. Spir.* L. VII. c. 26. Huc referendum ſtatuo, quod eſt apud CRVSIVM P. III. p. 226. *Sabbatho poſt B. Mariæ in den* OEGSTEN, quæ vox videtur *Auguſtum* menſem ſignificare. In eam me conjecturam impellit KOENIGSHOVII *Frauen Tag der Ehren.*

Calend. Generali p. 7. oſtendi. Ita in STEYERERI *Hiſt. Alberti II.* p. 51. *an* ERTAG *nach unſer Vrawen tag ze der Schidung*, & paſſim.

September. *Chron.* p. 327. ubi *Ougeſte* ſcribitur, & locus in SCHILTERI *Comm. Juris Feud. Alem.* p. 423. ubi: *unſer Frouwen Tag zu* MITTEN AVGSTEN. Adde STEYERER. p. 244. ubi: *in dem* OGEST, & p. 617. *nach unſer Frauen Tag ze der Schidung in dem* AVGSTEN. Tandem ab eximia ſolennitate ac ſplendore magnifico dicitur *Dies Dominæ, der groſſe Frauen-Tag*, ut ex LAMBECII *Diario ſacri Itineris Cell.* notat TENZEL *in Monatl. Vnterred. de an.* 1694. p. 159. Et in Dipl. quodam Ratiſpon. ap. HVNDIVM *Metrop. Salisb.* T. I. p. 265. dicitur: „*Feſtum Aſſumptionis* „*Virginis glorioſæ tanto devotius & ſolennius* „*eſt celebrandum, quod præ ceteris Sanctis Do-* „*minus ipſam ſuam genitricem extolli voluit &* „*miraculis excellentioribus illuſtrare.*„ Apud Vngaros præſertim Feſtum hoc primæ claſſis eſt, quia celebrant illud ita ut Feſtum Natalis Domini etiam cum Octava, vocantque *Diem Magnæ Dominæ.* Et in majori vexillo regni habent effigiem glorioſæ Mariæ cum inſcriptione: ASSVMPTA VIRGO PATRONA HVNGARIÆ.

Groſſe Frauen Tag.

SEPTEMBER.

§. LI.

S. Gilgen-Tag. DIES ÆGIDII ab antiquis dicitur *S. Gilgen Tag*, forſan etiam *Ilgen Tag*, quia in THAMMII *Chron. Coldic.* ap. Dn. MENCKEN. T. II. p. 679. lego, fundatorem Monaſterii Buchenſis

fis voluiſſe novum hoc coenobium, S. Ægidio dedicatum, appellari ab omnibus: *Ilgenthal.* *September.*

§. LII.

FESTVM NATIVITATIS MARIÆ (*unſer Frauen Tag als ſy parn wart*, ut eſt apud HVEBER. p. 89) a maioribus ſæpe nominatur *unſer Frowen Tag der* IÜNGER ſive *der* IÜNGERN, ap. WENCKER *de Vsburg.* p. 217. & in KOENIGSHOV. p. 126. Item in SCHILTERI *Comm. ad Jus Feud.* p. 588. *unſerre Vrowen Mes der* IÜNGEREN. Ita noſtrates hodie quoque dicunt *jung werden* pro *naſci in lucem.* HOTTINGER. *in Helvet. Kirchen-Geſch.* P. II. p. 605. ita opinatur: „ *Marie Geburt wurd etwann* „ *auch genennet unſer Frauentag der* IÜNGERE, „ *welches ein Beweisthum, daſs er ſpäther als an-* „ *dere Frauen tag aufkommen.*„ Neque raro invenitur *Vrowen Tag der* LETZERN ſive *unſer liben Frawen* LECZER TAG, vid. LVDWIGII *Reliqu. MSS* T. I. p. 484. & T. IV. p. 167. Apud PIRNENSEM ſub tit. *Dewhen* & alibi ſæpius legitur: *Mariæ* LECZE *& unſer liben Frawen* LECZE. In Diplom. MSC. Wilhelmi Ducis Sax. de an. MCCCCXXI. *unſer liben Frawen Tag den man nennet den* LECZTER *unſer Frawentag.* In Appendice ad Chronici Vetero-Cell. Verſionem German. ap. Dn. MENCKEN. T. II. p. 429. B. *unſer liben Frawen Abent, das man nennt unſer Frawen* LECZT, leg. *lecze.* Intelligi vero Feſtum Nativitatis Mariæ, manifeſto patet ex collatione PIRNENSIS, qui ſub *Feſt. Nativ. Mariæ.* *Frauen Tag der Jüngern.* *Frauen Tag der Letzern.*

artic.

September. artic *Embden* ait: Albertum Animoſum, Ducem Sax. obiiſſe *Sonnabend nach unſer Frauen* LECZE, & ſub Alberto: *Sonnabent nach* NATIVITATIS *Mariæ.* Chronicon Pantaleonis ad an. MCVII. (ap. Dn. ECCARD. *in Script. Med. Ævi* T. I.) tradit, Henricum V. Goslariæ fulmine territum ac pene exanimatum fuiſſe *circa Feſtum Nativitatis S. Mariæ*; quod verſio vetus adjuncta ibidem p. 982. expreſſit: *um unſer Vrowen Dach der* LEYSTER. Et clariſſimis verbis rem indicat ROHTIVS *in Chron. Thuring.* ap. MENCKEN. T. II. p. 1718. A. *biſs liebin frowin tage* ALS SYE GEBORN WART, *den man nennit den* LETZCER. Item Diploma MSC. oppidi Crimatzſchau de an. MCCCCLVII. *unſer lieben Frauentag* LECZERN, NATIVITATIS MARIÆ VIRG. Non diſcrepat ab hoc nomine appellatio *Fruwentag der Hindern*, quæ in Jure Argentorat. L. III. c. 486. habetur. Vnde corrigitur WENCKERVS *de Glefenburg.* p. 100. *uff unſer lieben Frowen Tag der* HVNDERN (i. e. *Hindern*) *zu Latine* NATIVITAS. Cauſam appellationis utriusque ſub Feſto Aſſumptionis Mariæ oſtendimus. Addi poteſt, quia hoc die Feſta Mariæ majora ſeu univerſalia clauduntur. Sæpius quoque in Monumentis Brunſvicenſibus obſervavi, hunc diem appellari *unſer liben Fruwen Dag* LATEREN ſive etiam LATEREN DAG. In antiquo *Chron. Luneburg.* ap. Dn. ECCARD. T. I. *Scriptor.* p. 1382. de Conrado III. ita legitur: „*De Paves ſande*

Frauen Tag der Hindern.

Frauen Latern-Tag.

„ſande Ime aver ſine Boden - - dat he to der „Wienge (i. e. Wiehunge) to Rome queme. De „Bodeſcap untfeng he mit groter Leve, unde be„reit ſic herlike to derſelven Vard, he vriſte ſe „jedoch wante to ſente Marien Meſſen der LE„TEREN. Do wart he ſiek unde ſtarf, &c. September.

Vid. Dni LEIBNITII *Script.* T. III. p. 91. & 101. ubi quidem notat Illuſtris Editor, eſſe *Feſtum Candelarum* ſive *Purificationis Mariæ*, quod etiam repetit Autor Indicis. Sed ſunt mihi rationes luculentæ, quæ aliud docent & ad diſſenſum impellunt. Nam in BOTHONIS *Chron.* p. 412. ita ſequuntur tempora: *in der weken vor Pinxſten - - darnach to unſer leven Fruwentage* LATEREN - - *in ſente Michelsdage.* Quis hic Feſtum Purificationis agnoſcat? Deinde idem Scriptor p. 384. refert, Magnum Duc. Brunſvic. captum fuiſſe *an unſer leven Fruwen Dage* LATEREN, quod Dn. REHTMEYER in *Chron. Brunſvic.* p. 460. exprimit: die 8. Septembris, qui Natalis eſt Mariæ. Itaque in Dni NOLTENII, Amici mei doctiſſimi, Tr. *de ſingularibus quibusdam Prædiis Ruſticor. in Terris Brunſvic.* (Helmſt. 1728.) p. 116. *unſer lieben Frauen* LATERN TAG recte de *Feſto Nativit. Mariæ* explicatur, neque aliter definiri ipſa res paſſa eſt, conf. ibid. Sect. IV. § XI. p. 89. Cæterum in Chronico AEpiſcopor. Brem. MSC. (Bibl. Menck.) ad an. M CCCC XXXI. ſcribitur: *unſer leven Frouwen Dagh ad* LVTERAS, ubi legendum: *ad* LVCERNAS. Nominis hujus ratio

September. ratio non æque manifeſta eſt. Putaverim, eam eſſe repetendam a *lucernis*, quæ in crepuſculo coram imaginibus S. Virginis ſolent apud Pontificios accendi, ut ardeant per totam noctem. PETRVS CLVNIAC. L. II. *de Mirac.* c. 30. ait: *Inter alia* CEREOS MAXIMOS *faciunt, quos in Vigilia hujus feſtivitatis accendant.* De nomine *Latern-Tag* in genere ſine additamento B. Virginis, ſupra ſub *die Sabbathi* actum fuit. Izehoënſes in Holſatia ſive hunc diem ſive proxime ſequentem olim ex peculiari ratione habuerunt ſolennem ac feſtivum, vocaruntque *den Bürger-Tag*, eo quod per miraculoſam inundationem fluminis Storæ aliquando arx & urbs eorum feſto Nativitatis Mariæ obſidione fuit liberata. Vide Vetus Chron. Holſatiæ in Illuſt. LEIBNITII *Acceſſ. Hiſtor.* T. I. p. 30. ſq. ubi hæc inter alia leguntur: „*Et tunc* „*imago B. Virginis viſa eſt ſuper caſtrum. Quæ-*
„*re incolæ dicti oppidi & Caſtellani ſequentem*
„*diem Nativitatis B. Virginis ob memoriam hu-*
„*jus & liberationem ſuam devoverunt continue*
„*ſingulis annis ſolenniter celebrare. Et obinde*
„*nomen hujus diei etiam hodie dicitur* CIVIVM
„DIES, *vulgariter* BORGERDACH.„ Vltimo loco veteres Rythmos annecto, qui ap. RANGONEM *Origin. Pomeran.* p. 226. de morte Ludovici S. Landgravii Thur. leguntur, quibus hoc Feſtum Mariæ ita definitur:

Bürger-Tag apud Izehoenſes.

In

In Gode er ſelecliche entſlief *September.*
Nach unſer Frouwen Dage nu
An deme eilften Dage fru
Des Mandes *den die lude hant*
Genant in Dutſche Fulmant.

Obiit autem Princeps III. Idus Sept. (ut Epitaphium docet) id eſt, die hujus Menſis XI. quod Vita S. Eliſabethæ in Dni MENCKEN. *Script.* T. II. p. 2073 reddit:

Es was unſer lieben Frawentag der LESTE *&c.*

Et inferius paulo ſequitur:

An dem dritten tage das geſchach
Nach vnſer lieben Frawen tage als ich ſprach.

§. LIII.

DIES S. MAVRITII (d. 22. Sept.) magni quondam Patroni Eccleſiæ Metropolitanæ Magdeburgenſis, a miſſa ſolenniſſima, quæ in honorem ipſius & vexilli ejus quotannis habebatur, dicta fuit *Hermeſſe*, ideoque memoriam meretur in noſtro Calendario. In Diplom. Sophiæ Abbatiſſæ Gandersheim. de an. MCCC XIX. in Dni LVNIGII *Corp. Juris Feud.* T. I. p. 2014. ita legitur: *in des heil. Creutz Tages de de kompt* (inſeratur: *vor*) HERRMISSEN, i. e. feſto Exaltationis Crucis ſive d. 14. Sept. Quæ ſubſcriptio ejusdem Diplomatis multo rectius extat in *Spicil. Secul.* P. II. p. 1723. *Dies S. Mauritii.* *Hermeſſe.*

in

in des hilgen Cruces Daghe, de de komet vor der HERMISSEN. Huc quoque referas locum ex Chronico Rhythmico ap. Dn. LEIBNIT. T. III. *Script. Brunſvic.* p. 58. v. 25. ſqq. levi mutatione ſanandum:

Se loveden unde ſe namen
Vppe den Forſten HENRICVM LEONEM
eyne hervart
De vor Haldesleve geleiſtet wart.
Ee de hervart wart vollenbracht
Alſo ſe de Keiſer hadde erdacht
De to Meideborg was geſworen
TO HERMVSSEN; *dae bevoren*
Brante Hertoge Henrich
Halberſtadt, dae Biſchop Olrich
Mit vil lüden gar vermeſſen
Wart gefangen.

Ubi 1) poſt vocem *geſchworen* ponatur punctum. 2) legendum *To Hermiſſen* (quod in GOBLERI Editione multo vitioſius eſt: *Zuer Meſſen*) &3) tollatur diſtinctio, ut cum verbis: *dae bevoren* in unum ſenſum coaleſcat. Quam emendationem confirmat Anonymi Saxonis Chronicon MSC. in Biblioth. Paulina Lipſ. ex quo Auctor Rhythmicus hauſiſſe ſuam relationem videtur. Ita vero ille ſub Friderico Barbaroſſa: „ *Tunc Imperator curiam* „*ſollempnem in Feſto S. Johannis Maydeburch ce-* „*lebravit, ibi Principes expedicionem contra Du-* „*cem ſuper Haldesleve ordinaverunt. Ante hanc*

vero

„vero expedicionem in FESTO S. MAVRITII *September.*
„precepit Dux civitatem Halberſtad igne confla-
„grari. Illic captus fuit Olricus Epiſcopus &
„alii.„ Conſentit etiam Chronicon Vetus in Dni ECCARDI *Scriptor.* T. I. p. 1394. „*vor der*
„*Herevard to* HERREMISSEN *les de Hertoge*
„*Halberſtat bernen.*„ Jam ad derivationem. Auctor *der eigentlichen Beſchreibung der Dom-Kirche zu Magdeburg* ita nomen hoc illuſtrat: „HERMESSE, *weil am ſelbigen Tage dem Mau-*
„*ritio und ſeinem Thebaniſchen* HEERE *zu Eh-*
„*ren eine hohe Meſſe gehalten worden; oder weil*
„*vormahls die* DOM-HERREN *ſelbſt Meſſe gehal-*
„*ten haben, und es gleichſam eine* HERREN-
„MESSE *geweſen iſt.*„ Prior opinio de exercitu Thebano nullius eſt momenti & æque facile refellitur ac profertur; altera de Canonicis majorem habet ſpeciem, quoniam illi olim dicebantur *Heren, Herren*, κατ' ἐξοχήν, vid. ap. LEIBNIT. T. III. p. 477. ſeqq. & quia in locis paulo ante allegatis hæc vox non ſemel legitur *Herrmiſſen.* Enimvero ſolenne eſt in Epiſcopatibus, ut die, qui Patrono tutelari ſacer, magnum feſtum habeatur, omnesque Canonici in honorem ejus convenire, niſi donis conſvetis (vulgo *Præſentzien*) carere velint, obſtringantur. Itaque certiſſime ſtatuo, miſſam hanc Mauritianam nomen habuiſſe *a Canonicorum Clericorumque frequentia*, qui ob venerationem S. Mauritii Sedisque Magdeburgenſis illuſtrem dignitatem, etiam ex vicinis locis

September. & Epiſcopatibus ingenti numero confluebant. Magnum huic opinioni robur accedit ex BOTHONIS *Chron.* ap. LEIBNIT. T. III. p. 359. ad an MCCXX. ubi hæc verba: „*Ock ſo brachte Biſchopp Albrecht van Meydeborch de pregen pannen van ſante Mauritius in de ſtadt to Meydeborch, van* (forte *var*) *dem Keyſer Frederick in ſante Michaels avende, dar wart eine* GROTE HEREMISSE, *dat vele volckes to dem aflate kam to Meydeborch, beyde geiſtlik unde wartlick. De Biſchopp Federick de was dar mit* ALLER SINER PAPHEIT *van Halverſtadt, ſo* DAT ME IN DE REGE TELDE SES HVNDERT PAPEN.„ In gratiam eorum, qui hanc linguam non amant, aut non ſatis intelligunt, Latine verto: „*Archiepiſcopus quoque Albertus præclarum S. Mauritii vexillum in vigilia S. Michaelis Imperatori Friderico Magdeburgum ingredienti prætulit. Tum facta eſt* CELEBERRIMA FESTIVITAS, *quia ingens multitudo tam Clericorum, quam Laicorum pro indulgentiis impetrandis Magdeburgum venit. Aderat etiam Epiſcopus Halberſtadienſis Fridericus cum omni ſua frequentia Canonicorum atque Clericorum, ita* VT ORDINE NVMERARENTVR CLERICI AD SEXCENTI.„ Et credo tunc temporis dilatam fuiſſe per aliquot dies Miſſæ Mauritianæ ſolennitatem propter adventum Regis Romani, quia mentio fit *des aflates*, indulgentiarum; nec tamen ideo tota cæremonia *der Heremiſſe Indulgentiarum publicatio*

catio eſt nominanda, uti minus adæquate redit Index Leibnitiani Operis. Non diſſentit a derivatione propoſita B. LEVCKFELD. *in Antiqu. Nummar.* p. 167. cujus locum Germanicum, ne eadem bis repetendo moleſtus ſim Lectori, Latine interpretabor: *Albertus AEp.* „XVIII. *magnificum, quod hodie Magdeburgi* „*cernitur, templum Cathedrale inſtaurare coe-* „*pit, eique Caput S. Mauritii, cum digito S. Ca-* „*thcrinæ intulit. Idem die S. Mauritii, in honorem* „*hujus Patroni, nundinas* (vulgo Heer-oder Her-„ren-Meſſe) *adhuc celebres, quæ quotannis in* „*area templi primarii habentur, eum in finem* „*inſtituiſſe dicitur, ut non ſolum univerſi Cano-* „*nici Magdeburgenſes illo die ſolenni miſſæ Mau-* „*ritianæ intereſſent, ſed multitudo etiam poſitas* „*publice reliquias Patroni veneraretur, indul-* „*gentiarumque præmia inde adipiſceretur.*„ *September.*

§. LIV.

FESTVM S. MICHAELIS dicitur alicubi *die Engelweyhe*, quia hoc die templum in monte Gargano S. Michaeli Archangelo dedicatum fuiſſe traditur. HOSPINIAN. *de Feſt. Chriſt.* fol. 95. BARON. *ad Martyrol.* p. 605. *Feſt. S. Mich. Engelweyhe.*

OCTOBER.

§. LV.

Inde a Dominica proxima poſt Feſtum Michaëlis incipit Hebdomas illa *die gemeine Wochen* dicta paſſim a MONACHO PIRN. v. g. ſub *Gemeine Wochen.*

Octobr. Bemerlant, item ſub Dreſen. Exprimitur etiam *die Meinwochen* in Dni NOLTENII *Tract. paulo ante cit.* p. 131. item *Meinweken* in B. LEVCKFELDII *Antiqu. Pleſſ.* p. 71. Latine vocant *Communem Septimanam*, ut in LVNIGII *Spicil. Eccleſ.* P. II. *Anhang* p. 60. item *Communes* ſive *Ferias Communes*, vide ibid. p. 46. & 61. Conf. Dni MENCKENII *Script.* T. II p. 533. D. & SAGITTARII *Hiſt. Goth.* p. 101. Opinabar initio, eſſe Hebdomadem Magnam, in eaque opinione mecum verſabantur viri, quos conſulebam, non mediocriter eruditi; qua mente etiam Dns LVNIGIVS c. l. *ferias* illas *communes* antepoſuiſſe Paſchati videtur. Sed poſtea, rem multo aliter ſe habere, variis cognitum eſt documentis. Nam in Diplom. quodam Capellndorf. de an. MCCCLXXXVII. eſt: *an deme Dienſtage an Sente Franciſci Abend in der* GEMEYNE WOCHEN; dies autem Franciſci celebratur 4. Octobris. In Dni MENCKENII *Script.* T. II. p. 423. *bis auf den Herbſt nach Ausgeen der* GEMEINT WOCHEN. In MVLLERI *Annal. Saxon.* p. 31. *uf den Sontag ausgehende der* GEMEINDE WOCHEN, quod CL. Auctor docte de ſecunda Dominica poſt Michaëlis explicat. Origo nominis, tempus & memoria celebris hujus Hebdomadis ex antiquitatibus Saxonum repetenda eſt. In Chronico Veteri Ducum Brunſvic. ap. LEIBNIT. T. II. p. 16. extat rarus lo-

(ss) Nomen hujus Hebdomadis in documento Hildesheim. ſupereſt adhuc anno MDLXXI, vid. Dni NOLTENII Tract. cit.

locus: „*Anno Domini* DCCCXXXIV. VII. *Kal. Oct.* *October.*
„*facta eſt a Saxonibus occiſio Thuringorum. Hæc*
„*ergo dies victoriæ læta & celebris apud Saxones*
„*communiter habita*, COMMVNIO *dicebatur.*
„*Vnde* COMMVNES *dicuntur* DIES, *qui in*
„*Octobri ſervantur, ut obſervantia ſuperſtitioſa*
„*Saxonum, qui tunc pagani erant, modo ipſis*
„*Chriſtum colentibus, ad religionem transeat*
„*pietatis.*„ Quæ ultima verba ſatis docent, religioſam & feſtivam hanc fuiſſe apud Chriſtianos Hebdomadem; vnde in Dipl. MS. oppidi Crimatzſchau de an MCCCLXXX. nominatur *die heilige gmein Woche.* Et licet dies partæ victoriæ, in cujus memoriam Saxones quotannis COMMVNIONEM celebrabant, non ſatis congruat cum tempore a nobis indicato, ſed illud paululum præcedat; nihilominus Eccleſia Chriſtiana forte pro ſua libertate illas ferias gentiles in aliud ſibi magis opportunum tempus transtuliſſe videri poteſt. Obſervat Illuſt. LEIBNITIVS in Præf. ad T. II. *Script. Brunſv.* p. 4. in margine Codicis manu antiqua ſe annotatum reperiſſe: „*De* COMMVNIONIBVS, *quæ ſervantur Dominica Michaëlis cum*
„*tota Septimana ſequente*„ & hunc ritum cum ſua antiquiſſima origine notatu admodum dignum eſſe, etſi hodie (*ss*) cum ſua religione interciderit. Apud CRVSIVM *Annal. Svev.* P. III. p. 355. legitur: *am Dienſtag nach der* GE-

cit. l. An hodie ſuperſit, dubito. Ex advenis Inferioris Saxoniæ civibus fruſtra ſæpe quæſivi.

October. MEINEN MESS. Scilicet die Sabbathi ante Dominicam II. poſt Michaelis & ita in fine Feriarum Communium *Miſſa aurea* Hildeshemii habebatur, ut patet ex BVSCHIO *de Reformat. Monaſter.* ap. LEIBNIT. T. II. p. 494. „*In Hildensheim etiam* SABBATO POST (*tt*) CON„CIONES, *quæ Conciones Dominica poſt Mi„chaëlis incipiunt per hebdomadam perdurantes,* „AVREA MISSA *ab omnibus Canonicis totius ci„vitatis & a cunctis Prælatis & religioſis cu„juscunque ordinis, etiam Mendicantibus, per „tres aut quatuor horas decantari ſolet de B. Ma„ria Virgine in organis. Vnde cunctis præſen„tibus dantur notabiles præſentiæ Prælatis, ſicut „mihi pullus charitatis, pretioſis ſpeciebus con„ditus, pullus aſſatus, dimidia ſtopa vini, cu„neus ſive albus panis tam magnus, quod omni„bus nobis ad menſam ſufficeret, & quatuor ſo„lidi dantur. Singulis vero fratribus dantur duo „ſolidi Lubicenſes pro præſentia.„ Quod inſtitutum erat Ottonis XXXIV. Epiſcopi, ſecundum *Chron. Hildenshem.* ap. EVND. LEIBNIT. T. I. p. 759. quippe qui in laudem & honorem Omnipotentis Dei & glorioſæ Matris ejusdem Vir-

(*tt*) Iampridem ſuſpecta mihi lectio eſt *poſt* CONCIONES. Scribendum puto: *poſt* COMMVNES, forte non diſſentientibus eruditis, quia in errorem labi facillime potuit imperitus librarius. Id quod arguunt etiam variæ Lectiones in LEIBNITIO.

(*uu*) Miſſæ hujus nomen declarat IOH. LEGATIVS *in Chron. S. Godeh. Hildesh.* ap. LEIBNIT. T. II. p. 408. his verbis: *Item*

Virginis Mariæ quandam *Miſſam*, vulgariter *auream* (*uu*) dictam, ſingulis annis *Sabbatho proximo poſt* COMMVNES ab omni Clero tam religioſo quam ſeculari ſolenniter in Eccleſia Hildeshemenſi juſſit decantari. Subnecto ex variis Lection. ad BVSCHIVM, quas Dns LEIBNIT. c. l. p. 811. ex MSC. Kilon. publicavit, elegantem locum, unde non ſolum nova (ſi modo ſatis recta) Dominicæ diei appellatio cognoſcitur, ſed & lux quædam affulget tenebris & obſcuræ adhuc rei. Verba ſunt: „*In „Hildenſem & per Saxoniam* HEBDOMADA- „TIONIS *ſervatur* DOMINICA *poſt Michaëlis „proxima* PRO DEFVNCTIS. *Et* SABBATHO „POST COMMVNES *aurea cantatur miſſa ab „omnibus Prælatis, Canonicis, ſecularibus & re- „ligioſis cujuscunque ordinis, Benedictinenſibus, „Canonicis regularibus, Prædicatoribus, Mino- „ribus totius civitatis, de B. Virgine Maria in „organis, quæ per tres ſeu quatuor horas vix „poteſt terminari propter caudas magnas, quas „cantando & organizando pertrahere tunc con- „ſueverunt.„ Nunc demum ex verbis: PRO DEFVNCTIS certa & manifeſta eſt ratio in-

October.

Dominica Hebdomadationis, der Wochen-Sonntag.

I 4 ſtitutæ

„*Item* MISSAM *ſingulis annis inſtituit de beata ſemper „Virgine Maria, quam* OB SVAM MAGNIFICENTIAM, „AVREAM VOCAMVS.„ Mox addit: *ejus miſſæ majeſtatem.* Nec inelegans locus eſt in ANT. MATTHÆI *Script. Rer. Amorfort.* p. 405. „*Op den* 21. *Junii heeft ons Eerw. „Heer Peter van Wyerdt ſyn* GVLDE MISSE *gedaen des „Sonnendachs voor S. Jans Geboorten dach,* MET GROO- „TE SOLEMNYTETEN, *met een ſingende miſſe.*„

October. ſtitutæ ac celebratæ Hebdomadis Communis, & cur in Articulis Smalcaldicis art. 2. de Miſſa p. 797. *die gemein Wochen* inter ſubſidia purgatorii referatur, nempe ob miſſas, quæ pro animabus ex purgatorio liberandis habebantur, & quæſtum Clericis præſtabant. Dabantur enim tunc quoque liberaliter in remedium animarum & peccatorum Eleemoſynæ, ut docet Diploma Dominorum de Heldrungen an. MCCCV. ap. B. SAGITTARIVM *Hiſt. Goth.* p. 241. his verbis: „ *Adjicientes nihilominus,* „ *quod iidem fratres in remedium peccaminum* „ *noſtrorum & progenitorum noſtrorum & omni-* „ *um fidelium defunctorum in* SEPTIMANA „ COMMVNI *piſtabunt elemoſinas quantas poſ-* „ *ſunt de maldro Erfurdenſis menſurae.* „ Conf. ibid. p. 116. Interpres Latinus Artic. Smalcald. c. l. minus recte *vulgarem Septimanam* vertit, agnoſcente etiam CARPZOVIO in *Iſagoge in Libros Symbol.* c. l. qui tamen *Gemeine Woche* interpretatur eam, quæ quotannis omnibus animabus per varia media e purgatorio liberandis ſacra eſt, & in qua Omnium Animarum dies celebratur. Cui ſententiæ ſi nihil aliud, certe temporis ratio repugnat.

NOVEMBER.

§. LVI.

Dies S. Martini. DIES S. MARTINI jam olim ſolennis fuit anſerina feſtivitate, ceu vocat GASSARVS ap. Dn. MENCKEN. T. I. p. 1666. B. ita ut noctu hilaria illa inciperent (vid. LEIBNIT. *Script. Brunſv.*

T. III.

T. III. p. 385.) & campanæ hoc nomine pulſarentur, quod dicebatur *der Gans läuten*. Quæ conſuetudo magnum aliquando Erfurtenſibus excitavit incendium. Vid. PIRNENSIS ap. MENCK. p. 1554. A. & ROHTHII *Chron. Thuring. plenius*, unde PIRNENSIS hauſit. PANTALEON P. I. *der Teutſchen Helden fol.* 187. ita ſcribit: „*Die Leute pflegen zum Gedächtnüſs S. Martini „in Deutſchland mit frœlichen Gemüthe* S. MERTENS NACHT *zu begehen, die* MERTENS GANS *zu eſſen, und mit Nachbarn und dem „Hauſsgeſinde frœlich zu ſeyn, gleich als wenn „aller Dinge Vberfluſs mit S. Martino der armen „Patron vorhanden ſey.*„ Mos autem in Martini feſto anſere veſcendi, eſt antiquiſſimus; Nam ſecundum Annales Corbejenſes ap. LEIBNIT. T. II. jam tum an. MCLXXI. Othalricus de Sualenberg *argenteum anſerem* Corbejenſibus in Feſto S. Martini pro fraternitate obtulit. Vulgaris & fabuloſa ratio affertur, quod anſeres Martinum, cum Epiſcopalem dignitatem fugeret, clangore ſuo prodiderint. Vnde in TAVBMANNI lepido carmine, *Martinalia* dicto, anſeres queruntur: November.

- - *Hujusque odii una atque unica cauſa eſt:*
Quod noſtro indicio Martini innotuit aſtus,
Quum vellet pactam ſibi declinare Tiaram.

Italus Anonymus (quem Ferrarienſem cenſeo) in Chronico Rer. Italic. MSC. quod Carolo IV. dedicavit, & quod in Bibliotheca Paul. Lipſ. ſervatur, conſuetudinem hanc derivat ab anſe-

November. ribus, qui ſtrepitu ſuo Gallorum præſentiam in Capitolio ſignificabant: „*Poſtea*, inquit, „*Romani pro tanta victoria templum anſeris con-*„*diderunt, & illud templum pro longo tempore* „*adoraverunt, & in conviviis anſeribus utebantur.* „*Et preſertim prima die Novembris, in* „*quo fuit bellum. Poſtea venit Eccleſia Dei & de* „*templorum vocabulis in Sanctorum & Sancta-*„*rum vocabula transmutavit. Vnde templum* „*anſeri in Feſto Omnium Sanctorum transmuta-*„*tum eſt, & ſic hodie pro tali memoria in tali die* „*anſeres commodemus* (forte: *comedamus.*)„ Fides ſit penes Auctorem. Nam de peculiari templo, in honorem Anſerum condito, quantum mihi quidem conſtat, nihil prodidit antiquitas; ſed alebantur ſacri anſeres præcipua Cenſorum cura in Capitolio ad Junonis ædem. vid. CASP. SAGITTARIVS *de Januis Vet.* c. 21. §. 8. ſqq. Solennia iis celebrabantur, teſte AVGVSTINO *de Civit. Dei* L. II. c. 22. ſtatuas ipſis etiam aliquando poſitas fuiſſe accepi, & pingebantur prope ſtatuam Novembris. Vid. GRÆVII *Theſ. Antiqu. Rom.* T. VIII. 10. CHRIST. FROMMAN. ſcripſit Schediaſma *de Anſere Martiniano* (Lipſ. 1683. 4.) ubi cap. II. §. I. docet, hoc Feſtum ad Chriſtianos veniſſe a gentilibus, qui poſt vindemiam commeſſationes inſtituebant,

(xx) Hinc ortæ ſunt in terris, ubi largior vini proventus eſt, compotationes illæ, propter abuſum & luxuriam & rixas a Principibus paſſim abrogatæ. Vide WERNDLII *Tract.*

bant, & credulam plebem Chriſtianam ſibi perſuaſiſſe, Martini virtute muſtum mox ſequenti die in vinum verti (xx), ſecundum illud vulgatum: *Poſt Martinum bonum vinum.* Quod vero anſere per illam feſtivitatem veſci conſueverint homines, explosis aliorum conjecturis, Auctor putat, ratione temporis factum eſſe, quia tunc anſeres optime ſaginati pinguiſſimum convivantibus præbeant ferculum. Fateor hanc conjecturam (quam etiam Ill. LEIBNITIVS in Præf. ad T. II. *Script. Brunſv.* p. 28. propoſuit) unice mihi placuiſſe in toto illo Scripto Frommanniano, reliqua ſunt quisquiliæ in trivio quæſitæ, quoniam omnia, quæ de anſere dici aut concipi ullo modo poſſunt, per omnia cauſarum genera corraduntur non ſine moleſtia & tædio Lectoris. In fine hujus feſti corrigo locum, qui in Dni LVDWIGII *Reliqu.* MSS. T. IV. p. 126. habetur: *des vierten Tags vor Sant Martins* IAR. Legendum ſine dubio *Martins Fir* ſive *Feir.* December.

DECEMBER.

§. LVII.

FESTVM CONCEPTIONIS MARIÆ in DVELLII *Excerpt. Geneal.* p. 89. vocatur *unſer lieben Frauentag der* EMFFAHVNG, quod notiſſimum. *Feſt. Concept. Mariæ.*

Tract. von Zehend-Recht, Additionibus auctam p. 325. (Ed. Norib. 1708. 4.) ubi in der Würzburg. Herbſt-Inſtruction de an. 1707. vocantur: *Die vor deſſen übels-practicirte* MARTINS- *oder* HERBST-TRÜNCKE.

December. simum. Sed in Jure Argent. L. II. c. 145. no-
Frauen Tag der Verholnen. men habet paulo obſcurius: *unſer Vrowen Tag der* VERHOLNEN. Dns SCHILTERVS, diligentiſſimus harum appellationum obſervator, hunc locum in *Gloſſario Teut.* p. 325. allegat, ſed præter conſuetudinem ſuam intactum relinquit. Interpretationem habet Diploma Aquisgranenſe in Dni LVNIGII *R. Archiv. P. Spec. Contin.* IV. p. 1445. *nae unſer Frauwen Tag* CONCEPCIO, *die man noembt* VERHOELEN.

§. LVIII.

Vigilia Domini. VIGILIA NATIVITATIS CHRISTI in Annalibus Hildesheim. ap. Dn. LEIBNIT. T. I. p. 732. dicitur *Vigilia Domini*, & in Dni MENCK. *Script.* T. I. p. 643. B. *Vigilia Chriſti*, ut vulgo hodie: *Chriſt-Abend.*

§. LIX.

Feſt. Nativ. Chriſti. FESTVM NATIVITATIS CHRISTI antiquiſſimo & nunc etiam inter Chriſtianos uſitato
Weyhnacht. nomine dicitur *Weyhnacht*, i. e. *nox ſancta*, aut propter Chriſtum hominem in illa natum, aut propter ſacra nocturna ſolennia. Majores enim *weyhen ſacrare* dicebant; unde in Rhythmis vetuſtis Orationis Dominicæ:

GIWIHIT *ſi namo thin.*
Sanctificatum ſit nomen tuum.

Conf. Dni ECCARDI *Catecheſ. Theotiſc.* p. 60. & p. 191. HOSPIN. *de Feſt. Chriſt.* fol. 109. b. Vnde Octava hujus Feſti ſive Dies Circumciſionis vocabatur *Ebenweichtag*, ſicut Jejunium ſacrum IV. Temporum, *Weichfaſten*, vide ſupra.

Alii

Alii quidem non pauci profanam huic nomini affingunt originem, quaſi *Winnacht*, *nox vinolenta*, a vino videlicet & compotationibus, quas more gentilium circa hoc tempus veteres agitabant. Vid. Dns MEINDERS *in Tr. de Statu Relig. & Reip. ſub Carolo M. & Lud. Pio* p. 150. & Dn. WILDOGEL *de Jure Feſt.* p. 264. *ſq.* Et negari non poteſt, varios gentilium Saturnales ritus in hac Natalium feſtivitate olim uſitatos fuiſſe; ſed majores etiam diei ſanctiſſimi ſolennia nomine tam profano appellaſſe, dictu prorſus eſt incredibile. Anglo-Saxones vocarunt *Middewintres Mæſſe-dæg*, vid. Antiquus Index Evangeliorum in B. SCHILTERI *Theſ. Antiqu. Teut.* T. I. P. II. p. 63. *Septentrionalium Jueltag* a voce *giul* ſive *hiul* redire, ob converſionem Solis, nominatum ait BEDA, vid. IANI BIRCHERODII *Disquiſit. Antiquar* Cognovi nuper admodum a Dano quodam, viro non indocto & antiquitatum patriæ perito, per Lipſiam transeunte, vocem hanc derivandam eſſe a Danico *julen*, quod ſignificet *luſtig ſeyn*, *jocari*, *jucunde vivere*, *hilari ſe voluptati dare*, eo quod homines Feſto Nativitatis Chriſti vehementer lætentur, conviviis, luſibus aliisque delectationum generibus indulgeant, eamque hilaritatem durare per duodecim dies (qui etiam vocentur *Jueldæge*) usque ad feſtum Trium Regum. In locis Pontificiæ religionis notus eſt vulgo *der Anklopffer-leins-Tag* ſive *der Anklopffers-Tag*, quoniam tempore Nativitatis Chriſti vulgus per vicos & pagos

December.

Myddewintres Mæſſe-Dæg.

Jueltag.

Anklopffer-leins-Tag.

December. pagos curſitans, malleis pulſat fores ac feneſtras, ſine intermiſſione clamans: *Gut Hyl! Gut Hyl!* Qui mos ortus eſt a fabuloſis traditionibus. Fingunt enim, Patres in limbo per tot annos, per tot ſecula, anxie precibus efflagitaſſe adventum Meſſiæ, ſuſpiriisque ſuis quaſi pulſaſſe carceris repagula, ut tandem aliquando inde ſolverentur. Quo ſpectat introitus: *Aperiatur terra & germinet Salvatorem!* Fallitur itaque Dns KEYSLER. qui in *Antiqu. Septentr. & Celt.* p. 308. tradit, hunc ritum eſſe tantummodo in regione quadam Marchionatus Onolsbacenſis uſitatum, & illud *Gut Hyl!* ipſum nomen *viſci* Druidum eſſe, quippe quod, PLINIO teſte, *omnia ſanans* notet, & quod incolæ illius tractus inter plurimas gentiliſmi reliquias ad hæc tempora retinuerint. Primo enim valde dubium eſt, an unquam Germani habuerint Druides, a quorum inſtitutis & diſciplina hæc ſuperſit conſuetudo; deinde tempus hujus cæremoniæ manifeſto indicat, vocem *Gut Hyl!* Chriſtianis moribus originem debere atque excitare homines ad lætitiam de ſalute, per Chriſti Nativitatem parta. Quamobrem etiam totus menſis a Carolo M. dictus eſt *Hel-Monat*, i. e. *Heylmonat*, uti ſupra demonſtravimus.

Ab hoc die XXV. Decembris inchoant noZwölff Nächte. ctes XII. *die zwölff Nächte*, in quibus ſortilegia, præſtigiæ atque omnes artes magicæ ac ſuperſtitioſæ dominantur. Potiora genera GODOFR. ILMANNVS recenſet in *Faſtis Chriſt.* MSC.

p. 375. „*Sunt*, inquit, *qui in his duodecim no-* Decemb.
„*ctibus ſequentibus multas vanitates exercent*,
„*qui cumulos ſalis ponunt*, *per hos futura præ-*
„*noſticant*, *qui calceos per caput jactant*, *qui ar-*
„*bores ſtramineo vinculo cingunt*, *qui cum micis*
„*& fragmentis*, *quæ tolluntur de menſa in vigilia*
„*Nativitatis Chriſti*, *ſua ſortilegia exercent*, *ex*
„*umbra accenſæ candelæ mortis*, *ex duodecim die-*
„*rum tempeſtate futuræ totius anni tempeſtatis*
„*auguria capiunt. Et ſunt non pauci ſuperſtitio-*
„*nis tanta mancipia*, *ut quamvis his terve imo*
„*ſæpius præſagia aberraſſe viderint*, *tamen priſti-*
„*nam perſuaſionem mordicus retineant. Ego certe*
„*plus quam decies temperiem horum dierum ac*
„*noctium accurate obſervavi & conſignavi*, *ut ha-*
„*berem*, *quo propria experientia ſuperſtitioſos*
„*convincerem*, *& nullam omnino temperiei Men-*
„*ſium ſequentium ad illam*, *accommodationem*
„*potui deprehendere*, &c. „

§. LX.

DIES S. STEPHANI vocatur *die Hafer-* Dies S. Ste-
Weyhe, ſicuti de territorio Monaſterii Vetero- phani.
Cellenſis in Miſnia Dns KNAVTH. ex Rituali Hafer-Weyhe.
Cellenſi in Chronico ſuo P. VIII p. 446 his verbis prodidit: „*Es war auch in hieſigen Zelli-*
„*ſchen Oberländern (ſo allermeiſt mehr* HAFER
„*als Weitzen und Erbſen zu bauen pflegen) die*
„*järliche* HAFER-WEYHE *ſehr gemein*, *indem*
„*die Cleriſey faſt auf allen Dörffern jährlich an*
„S. STEFFANS-*oder Mittelſten Weyhnachts-*
„*Fey-*

December. „*Feyer*-TAGE, *auch den Heil. Chriſt um Be-*
„*ſcherung einer geſeegneten* HAFER-ERNDE
„*anrieff, und eine ſolenne* WEYH-MESSE *darü-*
„*ber hielte.*„ At mihi quidem probabile non videtur, Chriſtum a ſacrificulis & plebe tunc fuiſſe invocatum, ſed potius ipſum Stephanum; qui cum Patronus equorum ſit, pabulum quoque gratiſſimum ſuorum animalium habere in cura & tutela exiſtimabatur. Dicunt ideo Pontificii hunc diem paſſim *den groſſen Pferds-Tag*, quo ſolent equis de fœno benedicto porrigere, venas eorum valetudinis cauſa incidere cruoremque ſervare in plurium morborum remedium.

groſſe Pferds-Tag.

§. LXI.

Dies S. Johannis Evang. Johannis-Weyhe. DIES S. IOHANNIS Evangeliſtæ dicitur *Johannis-Weyhe*, quoniam eo vinum populus offert Sacerdotibus in templis, ut ejus fiat conſecratio, quod deinde homini ac pecori eſſe ſalutare & potiſſimum valere putant adverſus veneni pericula. MATTHESIVS *von der Sündfluth* p. 394. „*Man ſegnet den Wein in S. Johannis*
„*Nahmen und Verdienſt, damit er wieder alle*
„*Gifft und Leibes und Seelen Gefahr diene (wie die*
„*alten Agenden reden) und thut einen* IOHAN-
„NIS TRVNCK, *hebt ihn auff in S. Georgen oder*
„*S. Vrbans Nahmen &c.*„ Et WIDEMANN. *in Chron. Curienſi* MSC. ad an. MDXXVII. inter veteres ritus hunc quoque refert: „*An S. Johan-*
„*nis des Evangeliſten Tag, weil er ohne Schaden*
„*Gifft getruncken, tranck man im Pabſtthum*
„*den*

„den IOHANNES SEEGEN oder IOHANNES December.
„TRVNCK, nemlich einen bittern Wermuth-
„Wein oder dergleichen, etwan mit kreen zuvor
„auf den Altar geweihet.„ Crebro hac die in conviviis Pontificiorum audias voces, hilaritatis jucundæque amicitiæ plenas: *einander den Johannis-Trunck* ſive *Johannis Seegen zubringen, einen Johannis-Trunck thun, auf Johannis Lieb und Seegen trincken* &c. quibus ſe urgent mutuo ad ſtrenue potandum, in amorem quippe S. Johannis, amiciſſimi Apoſtoli. Memorabile eſt, caſum infeliciſſimum Johannis Meldingii, XXV. Ep. Numburg. accidiſſe hoc die, quem ille in honorem nominis ſui epulis ac poculis celebrabat anno MCCCLII. Chronicon Poſavienſe MSC. citante P. ALBINO in Opuſculo MSC. *de Citizenſis ſeu Numburg. Eccleſiæ Orig. & Epiſcopis*, hoc factum ait *an dem Tage Johannis des Evangeliſten*, ALS ER SEINEN NAHMEN VERSCHENCKTE; quibus verbis Auctor ſine dubio ad ſolennem bibentium conſuetudinem alludit. Aliquando & aliis diebus poculi hujus fiebat conſecratio, nempe in nuptiis Principum. Vnde illuſtratur mos antiquus, quem SPALATINVS in Ill. MENCKENII *Script.* T. II. p. III. D. his verbis tangit: „*Miſ-*
„*nenſis Præſul ex more conſueto & laudabili, ſpon-*
„*ſo* (Johanni Conſtanti Duci Sax.) *& Sponſæ bo-*
„*num fortunatumque conjugium & fauſtiſſima*
„*quæque precatus*, S. IOHANNIS AMOREM
„*in veræ charitatis Symbolum* PROPINAVIT,

December. „er hat S. Johannis Liebe zu einem Zeichenn „wahrer Liebe ihnen zuetrincken gegeben.„ Præterea & multis aliis occaſionibus qui amicitiam ſibi mutuam ac fidelem aut declarare aut confirmare cupiunt, bibere ſolent poculum Johannis, ſed vulgare nec a Sacerdote conſecratum. Ita in Chronico Sampetrino Erfurt MSC. ad an. MCCC XLVII. legitur: „*Eodem anno in „die S. Dionyſii intoxicatus eſt Imperator Lude-„wicus per Duciſſam de Auſtria*, CVM AMO-„REM S. IOHANNIS SECVM BIBERET.„ i. e. amice ac fideliter cum ea convivaretur hilareque poraret. Qui locus ſimul probat antiquitatem conſuetudinis adhuc incertam. Conf. omnino M. IAC. THOMASII *Diſſ. de Poculo S. Joannis, vulgo S. Johannis-Trunck*, Lipſ. 1675. ubi multo plura egregia, præter hæc noſtra, cumulantur. §. LXII.

Ad finem annus properat ſimulque noſtrum Calendarium. Reſtat DIES INNOCENTIVM PVERORVM, qui in Dni LVDWIGII *Reliqu.* MSS. T. I. p. 321. & in Inſcript. Lipſ. p. 162. *num.* 657. appellatur *der heilgin Kyndirtag*, & in BOTHONIS *Chron. Pictur.* ap. LEIBNIT. T. III. p. 366. legitur *die Kinder-Nacht.* Mos eſt in Papatu, ut Parentes ultro liberos virgis mane hujus diei de lectulis excitent, quod vocant *auskindeln*, in memoriam innocentiæ priſcæ puerorum. Et Ratisponæ antiquis temporibus ſolennis erat conſuetudo, ut juniores Clerici & Scholares ex ſuo numero Epiſcopum eligerent jocu-

Dies Innocentum.

der heil. Kinder Tag.

jocularem, quem in pompa per totam urbem ducebant. Inde monaſteria ingreſſi licentius agebant, tantaque erant audacia & impudentia, ut anno MCCL. Monaſterium Prunfening Innocentio IV. querelas ſuas deferret, qui etiam quicquid in hoc ludo eſſet indecens atque injurioſum, abrogari juſſit. Sed cum anno MCCCXLVI. civis quidam Canonicum Conradum de Braunaw, a quo illuſus erat per hujus diei licentiam, occidiſſet, inhoneſtum illud ludicrum omnino aboleri cœpit. Vid. Abb. COELESTINI *Mauſoleum S. Emmerani cap.* XLIV. p. 214. &c. XLVII. p. 242. Atque inde illuſtrari facillime poſſunt aliquot loca, de quorum explicatione jamdudum pæne deſperaſſe video viros doctiſſimos. In Chronico Mont. Sereni ad an. MCXXXVII. dicitur: „*Accidit, ut in* LVDO, „*qui vocatur* PVERORVM, *cui intererat Cano-* „*nicus Colon. Eccleſiæ, puer quidam contulcatus* „*moreretur*, &c „ Et in Concilio Salisburg. de an. MCCLXXIV. ap. CANISIVM *Var. Lect.* T. IV. (Edit. Baſnag.) p. 90. ita ſtatutum: „*Ad-* „*hæc quidam ludi noxii, quos vulgaris elocutio* „Eptus puor. (leg. EPISCOPATVS PVERO- „RVM) *appellat, in quibusdam Eccleſiis exer-* „*centur adeo inſolenter, quod nonnunquam enor-* „*mes culpæ & damna gravia ſubſequuntur ex* „*ipſis. Hos ludos in Eccleſiis & a perſonis Eccle-* „*ſiaſticis de cætero fieri prohibemus, niſi forte* „*parvi XVI. annorum & infra fuerint, qui hu-* „*jusmodi ludos exercent, quibus alii, ſeniores*

Decembr.

December. „ *ipſis, nullatenus ſe miſceant aut interſint.*„ Ubi CANISIVS ſilet, BASNAGIVS quoque certi quid ſtatuere non audet, conjicit tamen eos ludos forte ſimiles fuiſſe Athanaſiano, qui puer a pueris Epiſcopus legebatur. Inde potuiſſe oriri factiones, jurgia, pugnas. Sed notari debent quæ ſummatim colligo: 1) Dubito annon in Chron. Mont. Ser. c. l. (ſicuti apud Caniſium) legendum ſit: *in ludo, qui vocatur* Epiſcopatus *puerorum*, ſiiente licet Codice Plothiano apud Dn. Mencken. 2) Apparet, non Ratisponæ ſolum, ſed & aliis in locis talem ludum in uſu fuiſſe, neque minori inſolentia celebratum, ita ut enormes culpæ v. g. cædes & oppreſſiones hominum, aliaque damna gravia ſequerentur. 3) Contendere auſim, illum ritum, ubicunque in uſu fuit, die hoc Innocentum agitatum fuiſſe, quem forte primitus inſtituit antiquitas in oblectationem ætatis teneræ & quaſi in ſolatium, poſtea vero pueri XVI. annorum imo & provectiores Eccleſiaſtici ſive Clerici ludum, tanquam pro ſe introductum uſurpare cœperunt. 4) Electio fiebat in templis, unde procedentes Epiſcopum ducebant per totam urbem.

II.

MODI ALIQVOT, NVMEROS ANNORVM EXPRIMENDI, IN MEDIO ÆVO VSITATI.

JAm quia Menſium, Dierum Feſtorumque nomina expoſita ſunt, annorum mentio non omittenda eſt. Solebant vero veteres Monachi, Se-

Seculo præſertim XIV. Annos rerum memorabilium per ludicra ænigmata deſignare, numerisque Romanis miras prorſus (ut lepida tunc & acuta ſcilicet eorum erant ingenia) ſimilitudines affingere, putantes, rerum, quas ita pueriliter poſteris prodebant, multo facilius ſervatum iri memoriam.

Anno MCCCXV. ingens per orbem fames fuit, cujus annum Germani ſic indicarunt:

Ein Meyſe (M) *drey Creyen* (CCC) *drey Vmken* (VVV) *wiſet den Hunger.*

Vide ENGELHVSII Chron. a Madero edit. p. 266. Latini habent hunc verſum:

Vt lateat nullum tempus famis ecce CVCVLLVM.

In IAC. REVTELII *Chron. Hilleshem.* in PAVLLINI *Syntagm.* p. 102. legitur:

Een M. *drey Woerſte* } MCCC
Een L. *twe X. Otto Foerſte* } LXX.
Eins eim Eck melde
All Hillgen wint Allvelde.

Quibus rhythmis exprimitur, Ottonem Ducem Brunſvic. Anno MCCCLXX. die Omn. Sanctor. Alfeldiam oppidum in Comitatu Winzenberg. cepiſſe.

In IOH. GROSSII *Inſcript. Baſil.* p. 466. extant verſus de terræ motu:

Ein Rinck mit ſeinem Dorn } CIↃ
Drey Roß eyſen auserkorn } CCC
Ein Zimmer-Ax, der Kriegen Zahl } LIIIIII.
Do verfiel Baſel vberall.

Porro Annus diræ cladis Auſtianæ apud ALBINVM *in Chron. Miſn. fol.* 211. ita deſcribitur:

Die Zeit des Kriegs vor Auſtigk
Hat man geſchrieben dis Geſchigk

Ein Ringk von einer Taſchen	CIↃ
Vier Oer von einer Flaſchen	CCCC
Ein Sewl von einem Thor	I
Vnd dritthalb Andres-Creutz davor.	XXV.

Annus oppreſſæ ſeditionis Halenſis eodem fere modo proditus eſt memoriæ ap. OLEARIVM in *Haligraphia* p. 207.

Ein Rincke von einer Fuhrmanns-Taſche	CIↃ
Vier Oehre von einer Bier-Flaſche	CCCC
Vnd ein halber Galgen empor	L
Zwey Burgundiſche Creutz davor	XX
Ein Sparr aufwarts, drey Seul darzu	VIII.
Brachten Halle in Muh und Vnruh.	

DAN. PARÆVS *in Hiſt. Bavarico-Palatina* p. 232. de Friderici Palatini nobiliſſima victoria hunc verſum recitat:

Als ein A *mit eim* I *gezieret*	M
Vir Huffeiſen warden formiret	CCCC
Ein Axt und der Apoſtel Zahl	LXII.
Geſchah die Schlacht am Neckerthal &c.	

Id Latine imitati ſunt Poëtaſtri, qui etiam in his rebus ingenio abundabant. In PETRI LINDENBERGII *Chron. Roſtoch.* L. V. c. 6. p. 156. habentur hi verſus:

Octo ſerpentes (a) *caudam de more trahentes,*
Qui triplo fune (b) *jungunt tria babbata* (c) *lunæ,*
Primo dante crucem (d) *gyrantes pondere, lucem*
Gregorii feſto ſignant quo tempore mœſto (e) & c.

(*a*) Sunt octo Jota caudata, inſtar ſerpentum in fine connexa, quæ totidem annos notant. (*b*) Litera M. triplici funi comparatur, quia ſcil. ex tribus JJJ quaſi conſtat. (*c*) Tria C. formant tres ſoleas ferreas equorum, quæ in inſcriptione Baſil. dicebantur *Roſseiſen*. (*d*) Crux ſive litera X. novo C. præfixa reddit annos nonaginta; quibus ſi ſuperiores illos octo ſerpentes adjicias, confeceris annum M CCC XCjjjjjjjj ſive 1398. (*e*) Quod eſt jejunium Quadrageſimale, quo inſtrumenta muſica ſilent, hominesque rigorem ferunt Jejunii. Conf. ADR. BEIERI *Orthograph. Jurid.* c. XV.

Sed ohe jam ſatis eſt! Mitto rudes, obſcuras & difficiles nugas, quibus priſca ætas forte delectabatur, hodierna vero non capitur.

* * *

APPENDICIS loco ſubnectimus initia cantuum illorum, quos ad exordium miſſæ uſurpat & Introitus vocare conſvevit Eccleſia. Nam & his aliquandiu veteres tempora & Dominicas deſignarunt, qui mos quando coeperit, non ſatis conſtat.

De modo deſignandi tempora per Introitus Dominicarum.

INTROITVS DOMINICARVM.

Dominica 1. Adventus: *Ad Te levavi.*
- - 2. - - *Populus Sion.*
- - 3. - - *Gaudete in Domino ſemper.*
- - 4. - - *Exurge Domine*, vel: *Memento noſtri.*

Dom. 1. poſt Natale Domini: *Dum medium ſilentium.*
Dom. 1. poſt Epiphan. *In excelſo throno.*
- 2. - - *Omnis terra adoret.*
- 3. - - *Adorate Dominum.*
Dom. Septuageſ *Circumdederunt me.*
- Sexageſ. *Exurge.*

Dominicarum ſequentium usque ad Paſcha Introitus etiam in noſtris Eccleſiis audiuntur & vulgo noti ſunt; itemque illi, qui a Feſto Paſchali usque ad Pentecoſten cantantur.

Sabbathum ante Judica: *Sitientes venite.*
Dom. Palmarum: *Domine ne longe.*
Dominica Octava Pentecoſt. ſive Feſtum Trinitatis: *Spiritus Domini replevit.*
Dom. 1. poſt Trinit. *Domine in tua miſericordia.*
- 2. - - *Factus eſt Dominus Protector meus.*
- 3. - - *Reſpice in me.*
- 4. - - *Dominus illuminatio mea.*
- 5. - - *Exaudi Domine.*
- 6. - - *Dominus fortitudo.*
- 7. - - *Omnes gentes.*
- 8. - - *Suſcepimus.*
- 9. - - *Ecce Deus adjuva me.*
- 10. - - *Dum clamarem ad Dominum.*
- 11. - - *Deus in loco ſancto.*
- 12. - - *Deus in adjutorium.*
- 13. - - *Reſpice Domine.*
- 14. - - *Protector noſter aſpice Deus.*
- 15. - - *Inclina, Domine, aurem.*
- 16. - - *Miſerere mei.*
- 17. - - *Juſtus es, Domine.*
- 18. - - *Da Pacem.*
- 19. - - *Salus populi ego ſum.*
- 20. - - *Omnia quæ feciſti.*
- 21. - - *In voluntate tua.*
- 22. - - *Si iniquitates obſervaveris, Domine.*
- 23. - - *Dicit Dominus: Ego cogito.*

In

IN pretio habentur antiqua Martyrologia verſibus comprehenſa, quorum aliquot edidit D'ACHERY in T. II. *Collect. Vet. Script.* Itaque nec diſplicebit Lectori, ſtudioſo Antiquitatum, Verſus memoriales de Nominibus Sanctorum, quos ex vetuſto Cod. membr. Seculi XIV. deſcripſimus, cum explicatione interlineari hic legiſſe.

Januarius

Circumciſio Januarius Epiphan. Octava Epiph.
Ciſio Janus Epy ſibi vendicat Oc

Felicis Marcelli Anthonii
Feli Mar An

Fabiani Agnetis Vincentii Converſ. Pauli Polycarpi
Priſca Fab Ag Vincen Pau Pol

Caroli M.
Car nobile lumen.

Februarius

Brigitta Purificat. Blaſii Agathæ Februarius
Bri Pur Blaſus Agat Februo Scolaſti-

Valentini
ca Valent

Juliane Cathedr. Petri
Juli conjunge tunc Petrum Matthyam inde.

Martius

Adriani Perpetuæ & Felicit.
Martius Adria Per decoratur Gre-

Cyriaci
gorio Cir

Apollonii Benedicti Annunciat.
Gerdrut Apol Bene juncta Maria genetrice.

Aprilis

April in Ambroſii feſtis ovat atque Tyburci

Valeriani *Georgii* *Evang.*
Et Valer Sanctique Geor Marcique Vitalis.

Majus

Philippi & Jac. *Crucis Invent.* *Gothardi* *Johannis ante por. Lat.*
Phylip crux & Got Johan Latin

Servatii *Sophiæ*
epy Ser & Soph

Majus in hac ſerie tenet Vrban in pede

Ciſtinæ *Petronellæ*
Ciſ Pe.

Junius

Nicodemi & Petri *Bonifacii Papæ* *Medardi* *Barnabæ*
Nic Marcelli Bonif dat Me primi Ba

Cirilli

& Modeſti *Marci* *Protbaſii & Gerv.* *Albani* *Bapt.*
Vitique Mar Prothas Al Sancti Johan

Jeremiæ *Petri* *Pauli.*
Jere Pe Pau.

Julius

Julius Menſ. *Proceſſi* *Vdalrici* *Octava Pe. Pauli* *Willibaldi* *Kiliani*
Jul Proces Vdal Oct. Wil Kyli

VII. Fratrum Benedicti Margaretbæ Apoſtolor. Diviſ.
Fra Bene Margar Apoſtol.

Praxedis *Magdalenæ* *Apollinaris* *Chriſtinæ*
Arnolfus Prax Magd Ap Cris Jacobi

Panthal. *Beatric.* *Abdon* *Germani*
Pan Be Ab Ger.

Auguſtus

Petri Vinc. *Papæ* *Juſtinæ* *Oswaldi* *Sixti* *Afræ* *Cyriaci* *Romani*
Pe Steph Jus Os Six Af Cy Ro

Laurentii *Tyburtii* *Hippoliti* *Euſebii*
Lau Tybur Ip Eus

Aſſumptio S. Virg. *Timothei* *Ruffi*
Sumpcio Agapiti Thymo Bartholo Ruf

Auguſtini *Decollat. S. Joh.*
Au Decolla.

Egy-

September

Confess. *September* *Nativ. Mar.* *Mart.* *Proti*
Egydium Sept habet Nat Gorgon Prot

Hyacinthi *Cruc. exalt.* *Euphemiæ*
Ja Crux Eu

Matthæi Ap.
En Lampertique Math Mauricius &

Damiani & Cosmæ *Michael, Archang.*
Dami Mich Ar.

October

Remigii *& Bacchi* *Dionysii* *Gereonis*
Remi sub Octobre Sergi Di Ger

Augustini *Calixti*
Augustini Calix

Evang. *Ursulæ* *Cordulæ* *Severini* *Salomes* *Crispini* *Amandi*
Galli Lucas Vr Cor Se Sa Cris Aman

& Judæ *Quintini*
Symonis Quin.

November

Fest. OO. Sanctor. *Proculi* *Leonhardi* *Martini*
Omne Novembre cole Pro Leo Marti

Briciique

Elisabethæ *Cæcilie*
Succedunt istis El Ce Katherinaque

Saturnini *Andreæ*
Sat An.

December.

Barbara *Episc.*
December Barba Nycolaus & alma Lucia

Nativ. Domini
Sanctus ab inde Thomas modo Nat Steph

Joh. Evang. *Innoc.* *Pueror.* *Thomæ* *Episc.* *Sylvestri.*
Jo Pu Thome Sil.

IN

INDEX I. AVCTORVM,

QVI IN HOC CALENDARIO MODESTE NOTANTVR, SVPPLENTVR ET CORRIGVNTVR.

Archiepiſcopor. Bremenſ. Chronicon MSC. p. 125
Baſnagius *Jac.* 148
Beemannus *Joh. Chrn.* 76. 114
Beſoldus *Chrph.* 8. 42. 106. not.
Cangius *Carol.* 113
Carpzovius *Joh. Ben.* (Theol.) 136
Clajus *Chrn.* 88
Cruſius *Mart.* 58. 99. 110. 117. 121
Dannhauerus *Joh. Conr.* 105
Datt *Joh. Phil.* 9. 32. 33
Dietherrus *Chrp. Lud.* 42
Ditmarus *Juſt. Chrph.* in Cod. Dipl. ad Teſchenmach. 40
ab Eccard *Joh. Ge.* 7. 14. 120. 129
Engelhuſius *Theod.* 92. ſq.
Eſtor *Jo. Ge.* 45. not.
Faes *Joh.* 79
Faſti Limburg. 3
Franciſci *Eraſm.* 87
Friſius *Laur.* 75
Fromman *Jo. Chrn.* 138. ſq.
Gaſſarus *Achil. Pirm.* 66
Goblerus *Juſtin.* 128
Hahn *Sim. Frid.* 116
Heiderus *Dan.* 74. not. 110
Hildebrandus *Joa.* 88
Hottingerus *Joh. Jac.* 8. 123
Hueber *Philib.* 110
Ilmannus *Godofr.* MSC. 36
Johannis *Ge. Chrn.* 39. 113. 118.
Junius *Hadr.* 2 5.
Jus Provinc. Alemann. 64. ſq.
Kettner *Frid. Ern.* 116
Keyslerus *Jo. Ge.* 142
Knauth *Joh. Conr.* 12. ſq. 118. 144
Lehmannus *Chrph.* 18. 87
Leibnitius *Joh. Gvil.* 12. 47. 117. 125 128. 130. ſq. 133. ſq.
a Ludewig *J. Pet.* 6. 36. 75. 118. 139
Ludovici *Godofr.* 84
Lunig *Joh. Chrn.* 9. 33 42. ſq. 46 67. not. 97. 100. not. 111 116. not. 117. 120. 127. 132
Meibomius *Henr. Jun.* 82. ſq.
Meinders *Herm. Ad.* 11. 141
Menckenius *Joh. Burch.* 89. 98 123. 145. 147
Mitternacht *Paul. Chrn.* 71. ſq.
J. *du* Mont 18. 36. 39. 66. 120
Moſerus *Joh. Jac.* 74
Nemeitz *Joh. Chrn.* 49
Obſervationes Halenſ. 102
Paullini *Chrn. Franc.* 75. 102. ſq.
Pirnenſis Monach. 13. 116
Rehtmeierus *Phil. Jul.* 38
Rudolphi *Frid.* 46
Sagittarius *Caſp.* 36
Schannat *Joh. Frid.* 98. 120
Scherzius ad Schilter. 10. 64. 85 86. 88. not.
Schilterus *Joh.* 37. 56 not. 80. 140
Schlegelius *Chrn.* 62 not.
Schlœpken *Chrn.* 38. ſq.
Schmincke *Joh. Herm.* 4
Schœttgen *Chrn.* 116. not.
Staphorſt *Nic.* 114. not.
Steyerer *Anton.* 10. 110
Tenzelius *Wilh. Ern.* 45. 63. not.
Thomaſius *Jac.* 146
Tolnerus *Car. Lud.* 36
Valvaſſor *Joh. Weichard.* 86. not.
Voſſius *Gerh. Joh.* 7
Vredius *Oliv.* 2. 40
Wenckerus *Jac.* 15. 91. 124
Zeitfuchs *Joh. Arn.* 18. ſq.

IN-

INDEX II.
RERVM ET VOCABVLORVM.

Abend 15
Ablaſs Tage, i. e. Feſta dedicationum 86
Ablaſs-Woche 107
Abſolutionis dies 84
Achte Tag 33
Achzehende Tag 41
Affter halm und howe. 15
Afterſtag 98
Alleluja quando claudatur 43
Aller Mann Faſtnacht 60
Angariæ, i. e. quatuor tempora 14
Anklopfferleins-Tag 141. ſq.
Annalium conditores unde annum ducant 25
Annorum ænigmata chronolog. 149
Annum quando coeperint olim Germani 20. ſqq.
Anſeres cur Martini feſto comedantur 137. ſqq.
eorum honor ap. Romanos 138
Antlas, i. e. indulgentia 86
Antlas- ſive *Antlaz-Tag* 85
aller *Apoſteln* Tag 112
Aratri circumducendi mos olim Lipſiæ 54
Arennionat 4
Armorum Chriſti feſtum 91
Aſter-Tag 90
Atlas-Dienſtag vitioſe pro *Antlas-Pfintztag* 86. not.
Bacchanalia translata a Calendis Januar. 33. 47
Bann-Faſten 92
Becleibunge Tag unſer Frauen 75
Belgarum Epochæ anni 28. ſq.
Bet-Fahrten 96
Bet-Woche 95
Bloiemaant 4
Bluthmonat 5
heil. *Bluths Tag* 107
Bona quinta feria 82
ſexta 89
Bonen-Sonntag 90. ſq.
Brachet item *Brachmonat* 4
Brehen Tag 37
Brunſvigenſium mos herbatum eundi 102
Burger Tag apud Izehoënſes 126
Butteil unde deſcendat 44. not.
differt a mortuario ibid.
Calendæ Januar. initium anni veterum Germanor. 26 ſq.
ritus in iis veterum Chriſtian. 33
Candel-Meſs 46
Caput Jejunii 57. not.
Carême entrant ſive prenant 58. not.
dies *Cathedræ* Petri 65
Cerealis Mariæ dies 46
Chnndang unſer Frauen 74
Chur-Nacht apud Argentoratenſ. 41
Dominica *Circumdederunt* als men die Meyde verbutet 44. ſq.
Ciſtag i. e. *Zinſtag*. 8
Clericorum Jejunium Quadrageſ. quando incipiat 49
quomodo illud auſpicati fuerint ibid. ſq.
Cleybel-Tag unſer Frauen 75. ſq.
Commemoratio S. Pauli 111
Communes feriæ 132
Compaſſionis Mariæ feſtum 71. ſqq.
Coni dejectio Halberſtadii olim ſolennis 67. ſq.
Convivium pauper. in Bohem. 84. ſq.
Corporis Chriſti feſtum quando coeperit 104
Corpus Chriſti cur clauſum habeatur in Monſtrantia 107
Creſtinus dies 17

Creutz-Gang mereſte 94. minneſte ib.
Creutz-Weyh unſer Frauen, leg. *Kertzweyh* 46
Cyswuca 47
Dartientag 40
Dicemannus Princeps quando interfectus 89
Dies hebdomadis dicuntur *feriæ* 12
Dienſtag blaue 80
Faſtnacht 55
feiſte i. e. dies Martis ante Cineres. 10. IAC. HOTTINGER. *in P. IV. Helvet. Kirch. Geſch. in der Zugabe P. II. p.*125. ita: *Der Dienſtag vor der Eſchen-Mittwochen wurde mit Faſtnacht Spiel und koſtbaren Mahlzeiten zugebracht, iſt daher der* FEISTE DIENSTAG *genennet worden.*
Dingstag 6
Dionyſius cur *Exiguus* dicatur 26. n.
Diviſionis Apoſtolor. feſtum 112
Septem *Dolorum* Mariæ feſtum 71
Donnerstag grüne 81. gute 82. hohe 83. weiſe 84
Dorle tage 53
Dreyzehende Tag 40
Druttiende Tag ib.
Ebenweichtag 32
Ebren-Tag ſive *Ehrenmeſs* unſer Frauen 121
Eliſabetha, ultima Degeneris Alberti uxor, *Ruthena* 40. not.
Engel Weybe 131
S. *Engenten* vid. *Sungichten.*
Epiphaniæ Feſti ſplendor 37. ſqq.
Epiſcopatus Pueror. qualis ludus 147. ſq.
Epocha anni Germanorum in Medio Ævo 20. ſqq.
Erichstag ſive *Ertag* 7. 120
Erndt-Monat 4
Erſte i. e proximus 98 not.
Erſte unſer Frauen Tag 120
Eſchtag 57
Eugenius IV. Epocham anni quomodo mutaſſe dicatur 24
Exigui cognomen Dionyſii 26. not.
Faremaanet 3
Faſching 55
Faſtelauus loeben quid? 53
Montag ibid.
Faſtnacht aller Mann 60. alte ib. ſq. groſse 59. Herren- 48 ſq. junge 56. Mann- 60. Pfaffen- 48. rechte 55. vid. *Vaſtel.*
Felicis in Pincis dies 42
Feſta quando incipiant 16
Feſtum Novem Lectionum 19
Filiaſter qvid? 113. ſq.
Finſter-Metten am gutenFreytag 89
Foddere Tag 16
Frauen Tag in genere 77
Frauen Tag i. e. feſt. Viſit. Mar. 112
groſſe *Frauen Tag* 122
Freytag Car- 88. ſq. gute ib. lange ib. ſtille ib.
Fron quid? 105. ſq.
S. *Fronen-Tag* 68
Fron-Faſten 14
Fronleichnams-Tag 105. ſq.
Frontag 68
Fulmant 127
Funcken-Tag 61
Gebundne Zeit 43
Gebügnütz S. Pauls 111
Gemeine Meſſe 134
Gerſtmaent 5
S. *Gilgen Tag* 122
Giove di graſſo 49. not.
Gold-Faſten 14. vid. *Güldne.*
Gras-Monat 3
Gudenstag ſive *Gunsdag* 8
Gulder-Manner-Tag 108

Guldne

Guldne Jahr 103. Meſſe ib. Sonntag ib.
Hænſel vor dem Thor 98
Hafer-Weyhe 143. ſq.
Hagel-Feyer 96
Halberſtadenſium Canon. ritus 67. ſq.
Halenſium cæremoniæ 93. ſq. 100. 102
Hartmont 3
Hebdomas authentica 79. communis 132. magna 79. mediana 66
Heilthum-Feſt 91
Herbæ feſto Aſſumpt. Mar. conſecrantur 119
Herrmeſſe ap. Magdeb. 127. ſqq.
der *Hindern* unſer Frauen Tag 124
Hueremaent 6
Jacobs Tag im Schnitt 113
Jejunium banni 92. ſq. lætitiæ 101
Jeudi abſolu 84. blanc ibid. gras 49. not.
Indulgentiæ dies 84
Indulgentiæ feſtum i. e. dedicat. 86
Introitus Dominicar. 151
Johann Klein 98
Johanns-Tag ante port. Lat. 97. mit dem guldnen Munde 93. vor dem Wäliſchen Thor 97
Johanns-Weyhe 144
Jueltag 141
der *Jüngern* unſer Frauen Tag 123
Kersdag 46
Kertz-Weyhe ibid.
heil. *Kindel Tag* 146. ſq.
der *Kindlinge* unſ. Frauen Tag 74
Kirchweyh der Narren 54
Kleybel-Tag 75. ſq.
Krisnitag quid? 46
Krutwiginck Tag 117
heil. *Lantzen-Feſt* 92
Lasmand 1
Latern-Tag 11. unſer Frauen 124. ſq.
Laumaent 1
Lectionum novem feſtum 19
der *Letzern* ſive *Leyſter* unſer Fr. Tag 123. ſq.
Litania major 93. ſq.
Litaniarum dies 95
Loewertag 11
Mariæ & filiaſtri feſtum 113
Maria tor Ladinge quæ? 73. n.
Martini feſtum 136. ſqq.
Metten Rumpel- ſive Pumper- 81
Meyde verbuten quid? 44. ſq.
Meyetag 94
Miſſa aurea quid? 134. not.
Mitzche pro Mittwoche 101. not.
Mittelmeſſe u. Frauen 112
Mitten-Sommer 111
Mitte-Winters-Meſſe Tag 141
Mittwoche gute 101. hohe ibid. Knoblauch- 102. krumme 80. ſq.
Montag affter 6. blaue 55. faſtelauns 53. fras 54. gaile 53. geſchworen 41. verlooren ibid.
Mortuarium differt a *Butteil* 44
Nach-Faſching 60
Narren-Kirchweyh 54
Ninchen pro *Mittchen* 100. not.
Nivis Mariæ feſtum 115
Nontag 98 ſq.
Oberſte Tag 34. ſqq.
Octava Domini 38
Ogeſt 121
Ohnmachts-Feyer u. Frauen 70. ſqq.
Oſtertag blaue vel pluem 78
Paſcha floridum ibid.
Paſſio Domini 88
Paſſionis Dominica 69
Pauperum convivium in Boh 84. ſq.
Perchtag 37
S. *Peterstag*, als man *Meerrettig* weyhet 65
groſſe *Pferds-Tag* 144

INDEX II. RERVM.

Pfintztag 10
Pfintztag antlas 86. unſinnige 49. n.
weiche ſ. weiſe 85
Prævigilia 17
Prechtag 8. 37

Rinne-Sonntag 52
wenige *Rinn-Abend* ib. not.

Sabbathum Sanctum 89
Sacraments-Tag 106
Samſtag hohe 90. Judas ib.
Sanctorum dies quando Diplomatibus adſcripti *Præfat.*
Schauren quid? 56. not.
Schiedung unſ. Frauen 116
Schlacht-Monat 5
Schnee-Feyer u. Frauen 114. ſqq.
Schür-Tag 57
Schwær-Tag ap. Argentor. 42
Sibende Tag 33
Singrechten vid. *Sungicht.*
Sonnabend ſchmaltzige 49. feiſte 48. not.
Sonntag affter 6. befreyete 60 Bonen- 90. ſeq. Faſtnacht- 48 feiſte ib. fröhliche 66. groſſe 60 güldne 103. Rinne- 52. Roſen- 66. ſchwartze 69. Todten- 67 weiſe 62. ſqq Wochen- 135
Sonntag, da man Alleluja niderlegt, 43
da man die Meyde verbutet 44
Sonnwende 110
Spaelt maent 5
Sporckel Maendt 2
Sungichten 109
Sunſtede ibid.

Vaſchang Tag 55
Vaſtel-Abend 51. 53
letzte *Vaſtel-Abend* 55
Verbottene Zeit 42. not.
Verbuten quid? 44. not.
Verholnen u. Fr. Tag 140
Verſchiedung u. Frauen 116
Vffentag quid? 98
die *Vier Tage* 58. ſq.
Vigilia feſti 15. ſqq.
Vorfeſt 15
Vorfirabend 16

Walls-Tag 112
Weich-Faſten 12
Wertzweyhe vid. *Wurtzw.*
Weyhnacht unde? 140
Winnemonat 4
Woche Ablas 107. Bet- 95. Car- 79. Creutz- 80. 95. 99. Gang- 95. Gemeine 131 ſqq. Proceſſion- 95. ſtille 79. taube 50. unſinnige ibid.
Wolffs-Monat 5
Wonsdag 8
Wurtz-Weyhe 116. ſqq.

Τεσσαρὰκοντὴ 46. ſq.

Zinſtag 8
Zwantzigſte Tag 41
Zwælff Næchte 142. ſq.
Zwælffte Tag 38

FINIS

BONO CVM DEO.

LIPSIAE,

LITERIS BREITKOPFIANIS.

Notizen zu Livius Patavinus.

Nürnberg. Hr. Professor Hegewisch (1750–1754. Nürnberg) 1751. Band 19 Nürnb. Anzeiger. Einige neue Livius Handschriften. Abhandlung eines Gelehrten in der Rathsmegerischen Buchhandlung (v. J. W. F. [Franz Jac. Wilh. Feuerlein in Nürnberg])

Nürnberger Anzeiger. 1807. p. 59. 2. f. (auch 1806. p. 109. 411.)

Livius Patavinus. Livius Patavinus, der vor 1470 gebohren ist, starb zu Padua 76 Jahre alt. Er schrieb Römische Geschichte von Erbauung der Stadt Rom bis auf Augustus Zeiten in 142 Büchern, wovon nur 35 übrig sind. Diese theilen sich in 4 Dekaden, wovon die 3te und 4te verloren gegangen sind. Die 1ste Dekade enthält die Geschichte von Romulus bis auf Scipio Africanus, die 2te die Geschichte des Hannibalischen Krieges, die 5te die Geschichte von Alexander dem Großen. Diese Bücher sind in 4 Handschriften auf uns gekommen, wovon 3 in Italien, eine in Frankreich sich befindet. Die Handschrift, welche sich in Padua befindet, ist die älteste, und enthält die 1ste Dekade, und die 3te, welche mit dem 21sten Buche anfängt, und mit dem 30sten schließt. Die Handschrift, welche sich in Mailand befindet, enthält die 4te Dekade, und die Epitome seiner Bücher. Die in Florenz befindliche Handschrift enthält die 3te Dekade, und die Epitome seiner Bücher. Die in Paris befindliche Handschrift enthält die 3